Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

St. Galler Verbrüderungsbuch - Cod. St. Blasien 41

Schmidfeld, Hugo

[St. Blasien], [um 1771]

Hugo Schmidfeld

urn:nbn:de:bsz:31-49470

Visual Library

P. Hug. Schmidfeld
M. S. Bl.

Explanatio Monasteriorum
cum Cœnobio Augiæ Divitis
confœderatorum, et in vetustis-
simo Codice Augiensi conscrip-
torum. A.° Chri. 1771.

Codex iste Membranaceus in fol.
min. N.ro CXVIII. Signatus, scribi
inceptus est circa initium seculi
IX. quod ex charactere, maxime
vero ex adscriptis tunc viventium
Imperatorum, Regum, Abbatum et
nominibus liquet.
Pagina III. quæ, ut puto, I. et initium
Codicis esse deberet, Elenchum habet
Monasteriorum cum Augia confœ-
deratorum, et seculo jam IX. cele-
brium, numero LVII.
Primum omnium Monasteriorum
ipsam Augiam Scriptor ponit
sub nomine Insula

INCIPIUNT CAPITULA

I. Insula monasterium.
cujus primum in Catalogo vivorum
Abbatem ~~ponit~~ scribit Erlebaldum, qui
vixit año Christi 823. Successor hic
fuit Hettonis, qui secundo loco scribitur
ex Abbate Augiensi Episcopi Basileensis
Vid. Anal. Mabillonij T. II. pag. 485.
hoc et priori seculo Insulanense Monasterium
etiam Sintlacis Augia, ut note à Sintlace
fundatum,+ Augia simpliciter, tum vero
Augia minor, ac tandem, prout hodie
Augia dives, vulgo Reichenau, vocabatur
II. Monasterium S. Galli.
Primus Abbas inter vivos scribitur
Gozbertus, qui A.° 815. præsidere cœ-
pit: V. Chronol. Vadiani apud Goldastum.
2.do loco interpolatus est Johañes epûs
Constantiensis, ipsissimus, qui ex Augia
Abbate in episcopum assumptus Augiam
simul et S. Galli Abbatiam post Sidonium
usurpavit.
Inter defunctos Gozberti antecessores
pag. XII. Cod. duo duntaxat reperiuntur
Abbates, Audomar sive Otmar scilicet
et Werdo Abb. Tametsi Vadianus qua-
tuor assignet: Othmarum nempe, Joan-
nem eûm, Ruotpertum, Waldonem:
cum vero Ruatpertus año tantum unico
rexisset, Waldo ab Eginone const. epo con-
tinuo exagitatus loco cessisset, ob breve
regiminis tempus fortassis omissi sunt.
N3. Grimaldus Capellanus, scilicet Ludo-
vici Regis, postea ao 841. Abbas S. Galli
inter viventes Confratres Augiæ ponitur
in Col. 1.a penultimus.
Egloffus Blarer de Giersperg Abbas S. Galli
è S. Blasio postulatus año 1426.

*In Insulanense hoc Monrium Abbas è S. Bla-
sio vocatus est Fridericus de Wartenberg, et
Wildenstain año 1428.

et Basileam Sacram pag. 105. Seqq.

+ a.° 724. V. Mab. T. II. pag. 73.
Antecessores Erlebaldi in Abbatia Augien-
si erant Pirminius eps, Regionarius, ut
putat Mabill. d. l. ao 724. Eddo eps.
Argentoratensis ao 727. Sidonius eps.
Constantiensis ao 746. juxta Mabillonium
T. II. pag. 134. qui Sidonio, Ermenfridum,
et huic Gebam, præponit auctoritate
Walafridi fretus, contra ordinem hujus
Codicis, qui Ermenfridum Sidonio post-
ponit, et Gebam Ermenfrido, V. Codex
pag. VI. juxta Walafridum Geba successit
Eddoni ao 734. huic Ermenfridus ao 736.
et huic Sidonius ao 746. Sidonio Joannes
eps, Constantiensis ao 759. post Joañem
Codex l. c. habet: Hartbertus eps: quem
cum nullibi invenirem episcopum, suspi-
cio mihi orta est, eumdem fors esse cum
Balderico Epo ~~Basileensi~~ Curiensi, quem circa
hoc tempus ponit Mabillonius in ~~Basilea~~ Anal.
~~[illegible]~~; ex Augia
evocatum ~~fors Abbate Fabariensi [illegible]~~
~~[illegible]~~. Post Hartbertum in Codice
sequitur Petrus Abb. ao 780. tum Waldo
Abb. qui prius S. Galli Abbas, postea Eps
Basileensis, tandem Abbas S. Dionysij
Parisijs obijt. V. Mab. p. 200. Vad.
Basil. Sac. p. 103.

III. Monasterium Favarias.

Id est, Fabariense, vulgò Pfeffers, in Rhætia, et pago Curiensi situm primam sui institutionem S. Pirminio debet, ut comunis opinio fert; an verò ante, an post Augiæ Divitis monasterium conditum? incertum. : Mabill. T. II. anal. p. 79. Id constare dicit: paulo antiquius esse Augiense, ex quo religiosa duodecim monachorum colonia Fabariam à Pirminio adducta, qui primus non modo ejus loci institutor, sed etiam Abbas habitus est. Eadem verò pagina Clar. iste Auctor, paulo superius, sequentia scribit: „In libello jam sæpius laudato Societatum Augiensium (qui procul dubio ipsissimus codex noster est:) memorantur ... ex cœnobio Favariensi seu Fabariensi, Audomar, Werdo, et Crespio abbates ejus loci„: Sed vereor, ne attentissimus iste Vir in lectione sua deceptus sit: in Codice enim hoc inter paginam XII. et XV. desideratur folium, quod non satis attendens Mabillonius, fors rubrum titulum legit: Nomina defunctorum Fratrum de loco qui vocatur Favarias; atq sic equidem verissimè legit primò Audomar Abb. Werdo Abb. et dein pagina altera Crespio Abb. Sed erroneè Audomarum et Werdonem Abbates Fabariæ fecit; cum titulus minius: Nomina Defunctorum Fratrum: ad imediatè præcedens Monerium S. Galli spectet, ubi reverâ Audomar, sive Othmarus, et Werdo, de quibus proximè supra, Abbates præfuerunt. Unde in serie Abbatum Bucelinus, Fabariensium Bucelinus Audomarum et Werdonem ponere neglexit, An autem Crespio Abbas año jam 787. obierit? nisi duos Crespiones Fabariæ Abbates dicere velis, et ipse dubito. In San-Gallensi Societatum Codice legitur à principio Silvanus Abb. qui vixit año 840. et quem Crespio præcessit. V. Mab. l. c. p. 287. et Bucelinus, qui ad manus mihi non est. *

* Confer autem Casp. Bruschium de Mon: Germ: Chron: pag. 187. ubi Crispionem 10.um Abbatem habet, S. Pirminium verò I.um atq 13.um Silvanum adducit año 840.

IV. Monasterium Desertinas.

Item in Rhætia Superiore situm, à quo fundatum? ~~[illegible]~~; ab hostibus destructum, instauratum est à S. Ursicino ope Widonis comitis Longobardici. Ursicinus, qui in Codice nro primus apparet pag. XVI. sub noie Epi, desertinensi cænobio post instaurationem Abbas præficitur aō 730. tum verò aō 754. Baldeberto pariter ex Abbate desert. Curiensi Epo, in hac dignitate successit: Ursicinum ~~[illegible]~~ excepit Tutto vel Tello, itidem ex monacho et Abbate Desertin. Curiensis Epus, cujus tamen nomen in Cathalogo Codicis reperire non potui; Prædecessores Ursicini in Abbatia adducit Mabill. T. II. pag. 192. S. Placidum Mart. à Victore Comite occisum, et Baldebertum, de quo supra.

NB. Si certum foret hunc Cathologum viventes continere monachos, Scriptura medium seculi VIII. æquaret.

+ Hunnis

♀ vetersima traditio est, quod Sigibertus, S. Columbani discipulus et itineris socius abscedente magistro in Italiam, per Rhætiæ montes usq. ad Rheni fluminis ortum ascenderit, ibiq. indicto paganicæ superstitioni bello, eaq. debellata, humilem ex truncis capellam casamq. erexerit, tum verò accedentibus Placidi, nobilis Viri reditibus, quos unà secum Sigiberto tradiderat, crescenteq. in dies dies discipulorum numero majus quoddam Oratorium in honorem S. Martini, et circumquaq. ad habitandum cellulas condiderit. Monrium hoc, hodie adhuc florentissimum et Abbate Principe præditum año 670 ab hostibus Hunis &c.

V. Monasterium Tuberis.

In valle quadam Rhætiæ Curiensis, olim Tufferb thal, nunc autem à monrio in monte S. Mariæ sito, Münster thal dicta, quem conditorem vel Auctorem habuerit: mihi sanè incompertum. Illud verò jam seculo IX. floruisse perhibet Ægid: Tschudig in Gallia Comata edit: Const: 1767. Lib. II. P. I. Cap. 16. §. 3. ubi diploma Arnolfi Regis adducit, quo monrium Tuberis et alia Ecclesiæ suæ bona Diotolfo Episcopo Curiensi auctoritate regia restituuntur año 888.

De Abbatibus hujus monasterij an certi quidpiam statuere liceat? ambigo. Codex noster Augiensis pag. XVII. in fronte Cathalogi notat: Domni abbas; fors legendum: Domni Abbates; sequitur enim Puricio, quem equidem Tschudius loc. cit. Cap. 3. §. 3. inter Episcopos Curienses secundo loco nominat, cui adjungit Claudianum Ursicinum, Sidonium; fatetur autem quod horum sit incertus ordo: et ingenuè; nam, ut Claudianum transgrediar, de quo alias inveni nihil, Ursicinus sanè non inter V. et VI. seculum, ut Tschudius posuit, sed seculo medio VIII. Curiensis Eclæ antistes fuit; Sidonius autem, si, quod suspicor, fors ille sit, qui Constantiensem simul et Augiensem rexit Ecclesiam, etq. San-Gallensem postea invasit Abbatiam, is circa annum 740. monachus erat año dein 746. ad Episcopatum et Abbatiam assumptus est ~~[illegible]~~ Augiensem, Curiensemq. Episcopium forig obtinere non potuit ‡

‡ inde conjicio, quod Puritius in codice laudatus ante Vigilium, qui et ipse abbas eodem loco scribitur, episcopus ~~non~~ fuerit, sed adolescente seculo VIII. Vigilius, hunc Baldebertus, Baldebertum Ursicinus, dein Tello, huncq. Sidonius, et tandem Victor II. sub Ludovico Pio in episcopatu subsecutus fuerit. Certè in eadem linea Codicis, quâ primus venit Puritius leguntur Victores, Vigilius, Ursicinus. Codex San-Gallensis Illum Tobrensium assignat abbatem Ahi Rihpertum cum monachis 35. qui forsan Rutherius ille est, qui senescente seculo IX. episcopatum Curiensem tenuit.

Hodie adhuc vetustissimum hoc Monriū sub Episcopatu Curiensi floret in finibus Comitatus Tyrolensis et nunc sub ditione Austriaca locatum vulgo Marienberg in Tyrol: in quod è S. Blasio duo Abbates postulati Philippus Jod año 1561. et Cosmas Zink año 1578.

VI Monasterium Leonis.

De quo Mabillonius Anal. Bened.
T. II. pag. 195. sequentia scribit: „
„Aliud item monasterium virorum „
„Idem Desiderius /: Longobardorum Rex /
„in Leone seu Leno, agri Brixiani vico,
/ aᵒ 759. / extruxit in honorem S. Bene-
-dicti, et S. Vitalis et Martialis .....
„monasterium à loco Leone, seu Leonense
„appellatum. In Necrologio Augi-
„ensi duo notantur ejusdem fere nomi-
„nis monasteria, unum Leonis, alterum
„Leones dictum: et quidem ex mona-
„sterio Leonis domnus Abbas Magus;
„ex Monasterio, quod vocatur Leones,
„Badulfus /: Baldulfus habet Codex /
„Abbas. Hunc posteriorem locum de
„de Brixiensi Monasterio interpre-
„tandum videtur; maxime quod, uno
„tantum interposito Monasterio, pro-
„xime nominatur post aliud Brixiense
„S. Faustini monasterium, et paullo post
„monasterium, quod vocatur Nova,
„de quo mox agemus. Hoc mona-
„sterium praedijs amplissimis pro
„Regia magnificentia dotavit Desi-
„derius, ibidemque quinquaginta mona-
„chos sub Hermoaldo Abbate consti-
„tuisse dicitur. Verum, ut habent rerum
„humanarum vices, hoc monasterium
„à Conrado II. Imperatore solo aequa-
„tum fuisse tradunt „

Hucusque Mabillonius: Sed, ut modum
ego, tanti Viri venia, aliquid dicere
audeam; diligenter inspecto Necro-
-logij Augiensis, sive Codicis, quem
prae oculis habeo, ordine, mihi non
videtur, alterum illud Monasterium
Leones dictum, quod Codicis pag. CXI.
apparet, de monasterio Brixiensi
interpretandum esse; at potius pri-
-mum, Leonis dictum, quodque sub
initium Codicis, pag. nempe XVIII.
scribitur, quodque in fronte domnum
Abbatem Magum gerit, significari
debere: cujus opinionis mea ratio
non unica est. 1ᵒ enim Elenchus mo-
-nasteriorum Virilium ad initium
Codicis positus, non alia continet
monasteria, quam, quae seculo VIII.
jam fuerunt condita, reliqua enim, ut
in decursu patebit, postmodum an-
-nexa; in hoc autem elencho non prodit
monasterium Leones, sed Leonis num
statim VI. cujusque cathalogus fratrum

primigenia Codicis Scriptura est exa-
-ratus; cum 2do Catalogi Fratrum
de monasterio Leones character ju-
-nior esse appareat, atq si non ad X.
saltim ad finem IX. seculi referendus.
conditum vero est monasterium Leonis
medio ferè seculo VIII. 759. hinc primo
loco positum Leonis pag. 56. non illud
pag. 111. Leones monasterium
intelligi debere mihi videtur:
maximè, et 3tio, quod inspecto mo-
-derno saltem ordine Necrologij,
non illud Nova monasterium
Feminarum, interjecto uno tantū
monasterio, et illo S. Faustini, paulo
post signetur: sed econtra monasteriū
Nova. paginis omnino quatuordecī
anteponitur monasterio Leones, quod
pag. 111. illud vero pag. 97. assignatur.
cui pag. eadē aversa imediatè subscribunt
Nomina Amicorum viventium; prout
anteriori Leones. strictè anteponitur
monasterium de Elehinwanc, subse-
-quitur autem absq medio monasteriū
Chorbeia: atq huic pag. aversa CXIV.
Nomina defunctorum, qui præsens
Coenobium sua largitate fundave-
-runt. Deceptum igitur, opinor, suo
tempore Mabillonium inordinata
foliorum Codicis partitione; qui nunc
præsens bene compactus justum in ordi-
-nem needum habere censitur. *

In elencho monasterium Leonis
imediatè sequitur

VII. Monasterium Nonantula.
quod in Mutinensi Italiæ pago
et Diocesi, ab Anselmo Duce Foroju-
-liensi, et postea monacho atq primo
Nonantulæ Abbate año 751. condi-
-tum; hujus monasterij Abbas secun-
dus Petrus is ipse est, qui in Catha-
-logo Codicis pag. XX. primo loco
venit. V. Mabill. T. II. Añal. p. 157.
et 365. vixit Petrus Abbas año 803.
electus, usq 820

Numerantur in hoc Cathalogo monachi
ultra 600. originaria scriptura no-
tati; unde facilè creditu, illud est, quod
scribit Mabillon l. c. p. 158. sub Ansel-
mo Ab. regulares monachos mille centū
quadraginta quatuor fuisse.

* Id vero perlubenter do, 30; mo-
nasterium utrumq Leonis et Leo-
nes, unum idemq esse, et mo-
nachorum cum Augia sociatorū
cathalogum successivè trans-
missum, ita, ut prioris Abbas
Magus fuerit, posterioris autem
temporis Baldulfus.

VIII. Monasterium Altaha

Duo sunt hujus nominis celeberrima monasteria in Bavaria inferiori sita, unum, quod Altacha Superior, alterum Inferior Altacha vocatur; vulgo Ober- und Nider Altach. In Superiori ora Codicis nostri, ubi pag. XXIV. catalogus monachorum hujus monrij redditur, manus multum recens anotavit: Altha inferius: quod quidem Mabillonio T. II. pag. 112. similiter visum: ita tamen, ut ex Hundio et utriusq. Auctorem, Odilonem vel + Uttilonem utriusq. Auctorem agnoscat: exploratius tamen hoc esse dicit de Altaha inferiori aº. 741. instinctu S. Pirminij fundato: cum de Superiori monumenta desint usq. ad ejus instaurationem, post vastationem sec. X ab Hungaris illatam, qua sec. XII. est facta. Primum Altahae Inferioris Abbatem producit Eberswindum l. c. p. 207. Aº. 765. Secundum Wolfbertum aº 799. Tertium Urolfum Aº. 812. qui ultimus Urolfus Abb. in principio Catalogi apparet: Otkarius Abb. tertio equidem loco subjicitur; cui recentior manus addidit numerum 6. quasi Sextus Abbas; sed dubitat Mabillon, an Otkarius Inferioris vel Superioris Altachae Abbas extiterit. Id certum est in vetersimis monumentis et Codicibus unius tantum Altahae mentionem fieri.

+ Bavariae Ducem

Altaha, Morbach, et Favarias ab Augia Divite coloniata. p. 113.

VIIII: Monasterium Maninseo.

Alterum a praedicto Odilone in finibus Bavariae, nunc Austria Superiori et Salisburgense Dioecesi fundatum,+ hodie Lunaelacus, vulgo [Mondsee] a lacu proxime adjacente in Lunae cornutae modum formato, vocatum.

+ Aº. 741.

Primum hujus monasterij Abbatem Mabillonius perhibet Opportunum e Casino monte vocatum, qui aº 781. decessit; secundum vero Hunricum vel Henricum Abb. in Catalogo Codicis pag. XXVI. a capite positum. Interim notandum, vel scriptoris errore, vel Typi sphalmate contigisse quod apud Mabillon: p. 113. l. c. saepe c. Manhinsio vocetur.

X. Monasterium Salzburc.
Vetustissimum hoc S. Petri monasterium in ipsa Metropoli Salisburga situm adeo hodiedum adhuc celebratur, ut de eo plura hic proferre, supervacaneum existimemus; à S. Rutperto fundatum omnes consentiunt, quo verò tempore an seculo jam 7.mo ineunte an serius, inter eruditos certatum usq, quam litem dirimere nobis non convenit; præcipuè cum in Codice nostro Cathalogus monachorum monasterij hujus desideretur, tametsi in elencho nomen ejus adducatur.
Vid. Mabillonius l. c. p. 51. Hundius. Gall. Christ. Hansizius, cæteri.

XI. Monasterium Matuchsco.
In ipso Cathalogi initio pag. XXIX. vocatur hoc monasterium Matachsco; quo de recentissima quædam manus in ora folij suprema pag. cit: sequentia adnotavit: Matsee, fundatum 700. postero tempore conversum in Collegium Canonicorum: prius Ord. S. Benedicti.
De hoc Cœnobio Mabillonius (si quidem illud ipsum sit) l. c. sæpius cit. p. 437. in constituto Ludovici Pij in Concil. Aquisgran: facto, inter Monasteria Bavariæ scribi dicit: Nempe: Monasterium Matasco, vulgo, Masee, in diœcesi Pataviensi: fors, primò legendum venit Mathaseo, et secundò Matsee; quod cum lectione Codicis coincideret. Hundius in Metrop. Salisb. qui nunc mihi ad manus non est, dilucidabit.
In Geographis aliud hodie non invenio, quàm Matsee, oppidum cum castro et dynastia, ad lacum quemdam situm Archiepiscopatui Salisburgensi subjectum an verò ibi Collegium Canonicorum ex monerio Benedictino conversum? mihi non liquet. V. Hübner in Lexico h. v.
Nunc primum in Chartis Homannianis inveni ad fines Bavariæ ditionis autem Salisburgensis: Mattsee, Schloss, Stift, und Hofmark.
Cæterum in Cathalogo monachorum hujus monasterij pag. 29. primus scribitur: Johannes abba: columna 2da apparet Notting Eps; et paulò inferius: Albuinus abb.

§. XII. Monasterium Metama.

In ora suprema folij Codicis pag. XXX manus omnino recens adnotavit „Monasterium Metten. Fundatum año „802. Ord. S. Bñi in Bavaria, haud „procul à Deckendorf, et Danubio. „Fundatum à Carolo Magno, restitutu „ab Ottone Duce Bavariæ„. Plura videsis apud Mabillonium T. II. Añal. pag. 305. 438. et 599. qui tamen 10. añis vetustius dicit hoc monrium scilicet, à Carolo Magno aº 792. fundatum, et mediante Ludovico Germanico restitutum. Ejus Abbatem primum fuisse Uttonem, defendit contra Hundium, ex ipso Codice nro quem adducit; in quo etiam pag. supra cit: Cathalogi initium tenet Utto Abb.

XIII. Monasterium Chaminceo.

Codicis pag. XXXII. hujus monrij cathalogus texitur, cui præponitur Luitfrid Abb. In ora superiori dicta pagina manus eadem, de qua mox ante, apposuit: „Chemnizense ordinis S. Benedicti in „Misnia, in arcem conversum ab „Mauritio Electore„.

Notarij hujus opinioni de Monrio Chaminceo refragatur Mabillonig l. c. pag. 225. ubi monrium hoc Chimense seu Chemense hodie Chiemseense Collegium Canonicorum Salisburgensi episcopatui subditum, alias in Bavaria situm; sic enim habet: „Chimense seu Chemense monasterium in „Saltzburgensi, conditorem habuisse tra„ditur Tassilonem Bavariæ Ducem: sed „de eo nihil ferè compertum ante cladem „ab Hungaris acceptam. De illo intelli„gendum videtur pervetustum Augiæ „necrologium, in quo laudatur ex mona„sterio Chaminceo Liutfridus Abbas sub „Caroli Magni aut Ludovici Pij princi„patu etc.„ Dingolvingensi in Bajoaria synodo subscripsit Perthoćus seu Berchtoldus Chimensis Abbas aō 772. explicatius agit idem Mabill. de hoc monrio pag. 268. cujus sententiæ eo confidentius adhæreo, quod ceo uti luculenter habet Codex locum denotet, prout Matachseo Maninseo antea corroborāt: fors nota superioris scriptor pro Chaminceo sinistrè legit Chaminseo, ut ex hoc effingeret Chemni?.

XIIII. Monasterium Hasareod.
Catalogus in Codice deest; ipsum verò
monasterium Mabillonio, mihique
ignotum, nisi illud fors esse putaveris
quod hodie Raittenhaßlach nuncupatur,
ord. Cisterc. in Bavaria prope Burg-
husium ac Salzam fluvium situm.

XV. Monasterium Fiuhtwanga.
cujus Catalogus monachorum pag. XXXV.
in Codice positus Goozbertum Abb. in
fronte gerit: de quo Mabillonius pag. 437.
Subdubitat, an non illud sit, quod in
Actis Concilij Aquisgranensis aō 817. inter
monasteria Alemaniæ numeratur, et
Fiuhelinwanc dicitur.

XVI. Monasterium Fulta.

Tantum celebre, tantumque orbi Benedictino notum est hoc monasterium Fuldense, inter cætera Ordinis nostri, facile princeps; ut hoc loco plura notare, actum ageremus. Id porrò unicum est advertendum, quod in numeroso Fratrum Fuldensium Catalogo pag. Codicis XXXVI. primo loco veniat Baucolf. Abb. quem magni nominis Sturmio in Abbatia successisse scribit Mabillonius l. c. pag. 246. año Christi 779.*
Columna I.a ferè media interpolatus est Eckanbaldus eps, qui circa initium XI. seculi vixit

* obijt verò Baucolf, quem Bruschius pag. ~~208~~ 202. Gangolf, vel Landolf appellat, año 815. Columna V.ta primo item praeponitur manu aliquantum juniori Hiltibertus Archieps qui Bruschio p. 205. Hildebrandus est, ex trienali Abbate Fuldensi año 928. Archieps Moguntinus. In suprema ora folij legitur quoque Hadamar Abba qui Hildiberto in abbatia successit 928. mortuus año 956.
Inter mortuos Abbates pag. Cod. XXXVIII. unicus ponitur Sturmi Abb. et Megingoz epus, absque dubio Wirzeburgensis ille, S. Burcardi successor, et in vita sua S. Bonifacio familiaremus. Vid. Anal. Mabill. T. II. p. 150.

XVII. Monasterium qui magnus Locus vocatur.

Dolendum sanè, quod pag. Codicis XL. ubi nomina Fratrum vivorum hujus monasterij conscripta fuere, desit; atque pagina statim insequenti XLI. incipiant nomina mortuorum quos inter nullus Abbas occurrit, ex cujus nomine colligere quis posset; an sub titulo Magnus Locus intelligi debeat monasterium illud Gallicum, Manlieu vocatum, et in Aquitania apud Arvernos situm; an verò aliud in Suevia à S. Magnoaldo, sive Magno ad Fauces prope Lycum flumen conditum? Quodsi enim, teste Mabillonio l. c. p. 515. Magnilocense illud Galliæ monasterium à Magno auctore sit dictum: hoc quoque Suevia cœnobium, utpote à S. Magno institutum, sæculo VIII. et IX. magnus locus, vel Magni locus, nominari potuit; quam in opinionem magis inclinor ex eo, quod in Codicis ordine monasteriorum diligenter inspecto, neque post imediatè ponatur Gallicum aliquod monasterium, sed Magnilocense statim sequatur Campitunum à S. Magni monasterio sex tantum horis dissita. Certè ordo monasteriorum in Codice taliter institutus non est, quod legenti patebit, ut ex hac modo Provincia, relato quodam monrio, statim avolet Scriptor in alteram longissimè dissitam, sed justum ordinem in eo teneat, ut unius provinciæ continuatim referat loca, tum verò in aliam provinciam transeat.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

XVIII. Monasterium Chambituna.

Nobile hoc Asceterium, nobilium Sue-
vorum seminarium, Benedictina sub
disciplina adhucdum viget.
Chambituna hæc, vel, ut hodie appellatur,
Principalis Abbatia Campidonensis
in Illergovia, ad Hilaram fluvium sita,
à Theodoro S. Magni Socio initium sump-
sit, si actis vitæ S. Magni, apud Golda-
stum Alam: rer. T. I. P. II. pag. 305. cre-
damus: quæ tamen Acta fabulosa dicit
Mabillonius l. c. pag. 159. hujusque Mona-
sterij ortum cuidam Audegario tribuit,
et adannum 752. reducit: fatetur autem
p. etiam 229. hujus Audegarij vel Ande-
garij nullibi mentionem fieri, nisi apud
Hermannum, ne quidem, ut ait, in ve-
terrimo necrologio Augiensi, in quo com-
memorantur ex monasterio Chambituna
Teothun, Anulo, quibus statim subscrip-
tus est Tuoto, vel Tatto, qui in Cathalo-
go necrologij San-Gallensis seculo pa-
riter nono, juniori autem, quam Au-
giense, tempore conscripti, primo loco
nempè, Tatto Abb. venit, atque diploma
Ludovici Augusti, Tattoni ejus loci
Abbati concessum apud eumdem Mabil:
p. 609. ex integro legitur datum año
839. in Regio palatio Bodoma.
Verum quidem est in cathologo Fratrum
Campidonensium Codicis Augiensis
pag. XLII. nullum signari Abbatem;
an verò oscitantia scriptoris omissum Abb.
an, quod Abbas nullus fuerit? nescimus.
Casparus Bruschius in Chronol: Monast:
Germ: pag. 89. inchoationem hujus Monrij
Audegario, Andelgario, vel Andegario,
Rolandi filio pariter tribuit año a. 778.
Tattonem vel Tuetonem verò neque nominat;
hinc mendosum esse Bruschij catalogum liquet
cum certissimum sit, quod Ludovicus Pius
Tattoni privilegium dederit, atque dupplex
unum quidem Bodoma, alterum Cabilone
año 839.

XVIIII. Monasterium Morbach.

Insigne hoc monasterium O. S. Bened. quod abhinc añis tantum sex in collegium nobilium Canonicorum deformatum, S. Pirminius ex Augia pulsus in Alsatia vastos inter Vosagi montes año 727. locum et impensas suppeditante Eberhardo comite, construxit; inter alia hucusq. Ord. nri coenobia celeberrimum: hoc in monrium Pirminius coloniam duodenorum monachorum ex Augia introduxit. Abbas post S. Pirminium primus dicitur Romanus, Baldebertus* Romano, et illi Heribertus successit, post hunc Amichonem sedisse putat, et Amichoni Sigemarum; qui in Catalogo Augiensi pag. XLV. scribitur: Sigimar Abba etc. Mirum, quod hoc in Cathalogo, sicut in priori Campidonensi, nullus in principio Cathalogi Abbas occurrat, sed et nominatus Sigimar Ab: columna tandem septima primum assignetur, cujus rationem aliam conjecturare non possum, quam quod fors primo Confoederationis tempore, cum ex Augiensibus duodenis monachis Morbachium transeuntibus aliqui successive Abbatiam rexerint, sub quibus primò notati vivebant, subsequente verò seculo novus Confratrum cathalogus Morbachio in Augiam sit transmissus, qui Sigimarum Abbatem in capite, caeterosq. demum monachos notaverit, unde, ut suspicor, sic habet: Sigimar Abba Ba. Reginolf, Reginolt etc.

Sigimarus Amichonis successor, si fuerit, vixit año 774. aetati autem Codicis nostri magis convenit, si Sigimarum Guntramno Ludovici Pij avo successisse dicamus. Vid. Mabil. pag. 200. 230: 300. unò serius, tempore Lotharij Augusti V. ib: p. 77.

* fors ille, qui legitur in Codice colun: 5.ta Baldoberti epi, scilicet Basileensis, anno 760,

1526.

XX. Monasterium Wizanburc.

Weissenburgense monasterium in Alsatia inferiori situm, atq nunc Spirensi Episcopio incorporatum, inter antiquissima Germaniae O. S. B. Coenobia vix non primum; utpote à Dagoberto I. ao. jam 630. fundatum. V. Mabill. T. I. A. B. pag. 384. atq Nota in superiori ora paginae XLVII. recentiori manu adscripta. Quibus rectoribus, an Episcopis, vel propriis Abbatibus à seculo septimo usq nonum? leges apud Mabill. loco mox citato, ubi Abbates nominat Principium, Chrodonium cet.

Seculo crescente nono circa initium imperii Ludovici Pii, Heistulfus quidam sedi Episcopali Moguntinensi praefectus in regimine Weissenburgensis monasterii Bernhario successisse dicitur apud Mab. T. II. p. 414. quod si ita sit, facile crediderim, Heistulfum eundem esse cum Justulfo, qui primus in Codice nro. praescribitur epus, atq in San-Gallensi Justolfus nominatur; maxime, quod in hoc Perinharius epus secundo statim loco scriptus appareat, in Augiensi vero expressius scribuntur Bernharius epus et abb. tametsi ~~H~~ Justulfo et Bernhario interponatur Gerhoh abb. Codex noster Augiensis plures non ponit quam hos duos praeter epum, nisi, quod columna sequenti septima à capite notet: Folcvingus epus et abb. qui fors idem est cum Foltwico epo, quem Codex S. Galli 3tio loco post Justolfum et Perinharium habet: quibus imediate postpositi Ato epus, Otger epus, Grimaldus abb. Benedictus epus. Quatuor hos in Codice Augiensi reperiri, suspicor, adeoq è gremio in Abbatiam, et fors postea in Episcopatum assumptos: primus enim inter eos occurrit Ado: secundus Erimpaldus; tertius Otgerus: 4tus columna quinta Benedictus. Saepius enim adverti Codicem Augiensem antiquiorem esse tempore, et scriptura, qua San-Gallensem.

Si Caspari Bruschii Cathalogum Abbatum Weissenburgensium in Chron: Monast: Germ: pag. 19. consulimus, 5tus in ordine Abbatum occurrit Instulphus abbas aliquot annorum et tandem epus, dubitat vero Bruschius cujus loci epus? fatetur autem „quod quidam Catalogi Moguntino Episcopatui eum praefuisse ajunt, et Haistulphum esse, qui obiit Moguntiae 825. Indeq conjicio, quod magis credendum sit dictis catalogis, qui cum Codicibus Augiensi et San-Gallensi arctius cohaerent, quam ipsi Bruschio, qui in eo fors erravit, quod Instulphum suum ante Pernhario vel Wernhario antepo-suerit seculiq medii octavi Abbatem fecerit, qui tamen ano 825. decessit, et Otgarium itidem Abbatem Weissenburgensem in episcopatu Moguntiaco successorem habuit: In serie enim Abbatum, quam ponit Bruschius, Chronologia saepius fallit.

XXI. Monasterium Ettinheim.

Florentissimum hoc etiamnum tempore
coenobium Benedictinum vasta in soli-
tudine* prope oppidum Ettinheim,
à quo nomen accepit Ettenheim-mün-
ster, à Widegerno Argentoratensi
Epis: aõ 724. conditum, et Cella-
monachorum vocatum, tum verò
mediante hoc seculo, aõ videlicet
762. ab Ettone ex monacho et Abbate
Augiensi itidem Argentinensi Epõ
noviter instauratum fuit. Ab instau-
rationis tempore primum huic monrio
Hildolfum Abbatem præfuisse dicit
Mabillon pag: 200. qui fors in Catalo-
go Codicis p. XLVIII. decimus octavus
est: Hiltolfus; certè enim ante hunc et
primo quidem loco venit Uto epõ et abb.
quem ipsum esse Ettonem credit Mabillon
pag. 146. Sed angustum me reddit
antiquitas Scripturæ Codicis, si et ego
fidem adhibeam; quodsi namq Utto idem
cum Ettone instauratore est, sequeretur
vivente hoc Ettone catalogum Codicis
fuisse scriptum, medio ferè seculo octavo;
cujus ætatis scripturam Codicis esse
nondum adverti; etenim columna 2da
hujus catalogi notatur: Nomina mor-
tuorum: quorum primus sequitur: Dom-
nus eddo epõ: qui obijt circa añu 770.
fortassis ergo Utto ille non idem est ac
Etto restaurator, sed alius seculi IX
episcopus et abbas, qui vivens cata-
logo insertus; Etto autem instaurator
mortuus inscribebatur, cui etiam sine
medio subditus est Helidulfus. Quin
et inter mortuos iterum scribitur Utto eps
an prior vivens notatus ante, an alter, et
qualis? mihi ignotum.
Bruschius sæpè laud. p. 130. post Hidul-
phum ponit Liddolphum, et Reginboldu
quo autem documento, quo tempore? silet.

* Silva nigra

XII. Monasterium Offinwilare
Offonis-cella à prima sua fundatione dictum
quam ab ejusdem nominis Angliæ
quodam principe seculo jam VII. ob-
tinuiße creditur; nunc Schutteranum
nuncupatur, quod ad Schutteram
amnem in Ortinaugia sit conditum.
Hoc de monasterio agit Mabillonius
T. I. Añal. pag. 533. et 534. ad an.
676. ubi de altero quodam monrio scribit,
Offonis-villa, in pago Portensi Dioe-
cesis Vesontionensis sito, quod tunc Prio-
ratus est S. Benigni Divionensis Abba-
tiæ subjectus; de hac autem ~~loco~~ Cl.
Auctor non facile interpretari poße
autumat monasterium Offinwilare, • Offonis villa
quod in Codice nostro Augiensi occurrit,
et cujus Abbatum ac Fratrum cata-
logus pag. XLIX. texitur; hinc et illud
coenobium, quod in constituto Concilii
Aquisgranensis aº. 817. inter monria
ultra Rhenum memoratur, nomine
Offunwilare, Offonis cellam, sive Scut-
teranum Dioecesis Argentinensis nomi-
nat T. II. An. p. 436. cujus opinio-
ni ex eo maxime subscribo, quod
ante monrium hoc Offinwilare et
post in ordine Codicis veniant mo-
nasteria in Dioecesi Argentinensi,
et Ortinaviæ regione sita, scilicet,
Ettinheim, Kegenbach, Suuarzaha:
manifestum signum, Offinwilare
monasterium illis eße conterminum;
cum Scutterani sub vocabulo in
Codice nostro nullibi veniat.
Abbates hujus Asceterij initio statim
referuntur quatuor: Dominus Abb.
Berterich. Wenibertus abba. Madal-
bertus Abb. Petrus abb. columna
dein 2da vix non ad finem scribitur:
Erchanpertus abb. qua successione et
seculi ætate vero, non facile dixerim;
si ex scripturæ forma conjecturare licet,
Berterichum et Erchanpertum seculo
IX. vixiße, huncq. illi succeßiße puto;
tres vero reliquos juniori paululum
charactere efformatos, et interpolatos
post duos priores Abbatiæ clavum te-
nuiße arbitror: nisi velis Erchanpertum
cum sequacibus monachis inter mortuos poni
debere, tunc enim iste præceßißet Berterichum.
Miror, quod de hoc monrio Bruschius nihil.

XXIII. Monasterium Kengenbach.

Gengenbacense nunc appellatur hoc
monasterium, quod quidem juxta
notam superioris ex folij pag. L.
fundatum a°. 855., sed à Mabillonio
T. II. p. 78. per S. Pirminium a°. 727.
fundum et impensas suppeditante
Ruthardo quodam, jam conditum
dicitur. In catalogo Codicis n̄ri
pag. supra cit. L. primus Gengen-
bacensis Coenobij Abbas Germunt abb.
invenitur, postea verò columna II.da
à principio Alframnus abba. Ammilo
Laudo vel Lando abba. tandem media
hac columna Thomas abba*. qui an
mortui sint inscripti? quod nota qua-
-dam linealis juxta ac supra nomen
Alframnus addita innuere videtur,
an vero viventes? mihi dubium:
columna quoq 3.ia Adalhelm abbas
sed recentiori, quam noni seculi, manu
interpolatus cernitur. Si primum il-
-lud sit; prædicti Abbates columna 4.ta
Germuntum præcessisse censendi sunt:
si secundum; omnes tamen, ut habet
Mabillon l. c. ante finem seculi noni flo-
-ruerunt.

Liber Fratrum conscriptorum S. Galli
duos tantum Abbates refert Emilo abb.
Alfram abb. primus sine dubio idem, qui
Ammilo supra dictus. Verum, et id ad-
-verti in hujus libri catalogo Fratru
de Kenginbach pag. 54. Germunt mō.
Thomas mō. Lanto mō. Fors postea in
Abbates electi? sic, ut Alfram, Emilo,
huic Garmunt, tum Lando, dein Thomas
tandem Adalhelm successerit.
De hoc mon̄rio pariter nihil apud Bruschium

*Mabill. de hoc Abbate nihil, fors in le-
-gendo non attendit? de Laudone pari-
-ter nihil.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

XXIIII. Monasterium Suarzaha.
Hodie Swarzachense monasterium ad fines Ortenaugiæ situm, olim Arnolfesaū vocatum sub Theodorici Regis an. III. Christi 724. à S. Pirminio in Alsatiâ conditum, exustum postea et in nostras Rheni partes translatum atq à præterlabente Swarzach fluvio hoc nomine insignitum dicitur. V. Mab. T. II. p. 78. et Gerberti Ab. Nri. Iter Aleman: pag. 330. *
Catalogus Fratrum Monrij Suuarzaha in Codice nrō pag. LI. ~~[illegible]~~ in eo leguntur Abbates, primus Job abb. dein columna 2.da ferè mediaſ: ubi manus quædam admodum recens interpolavit: Nra Defunctorū:/ Agenaldus abb. Lupus abb. dato eps. Bruningus abb. Adrichus abb. Ebroinus abb. Walto abb. quorum an aliqui jam præfuerint in Arnolfes-aū? an verò singuli in Swarzach Ortenaviæ? mihi ignotum. Illud porro certum Arnolfesaū seculo IX. in Alsatia jā igne consumptum, atq ~~[illegible]~~ inde trans Rhenum fuisse transpositum, cuius dein Job Abbas, et fors ex nominatis alij adhuc rectores extiterint.

* factum, ait Mabill. aº 826. sub Widone Abbate, pag. 502. l. c. ubi simul habet, Swarzach nomen ab ipso Imperatore monasterio translato impositum. Nullus omnino dictarum Abbatum legitur apud Bruschium Chron. Monaster. pag. 524 et seqq: sed prorsus diversi nominis alij.

XXV. Monasterium Clingo.
Codicis nostri pag. LII. quæ nomina Fratrum de monast: quod Clingo vocat. sive Plidinfeld conscripta sunt, unus unicus Abbas invenitur, scilicet, Fleido eps et abb. Quo autem loco, quo seculi noni tempore hic Fleido episcopus fuerit,? non liquet. Codex San-Gallensis nihil de Fleidone habet, imò nec nomen ejus in catalogo apparet, sed initio statim Otgerium archiepum ponit, quem quidem et sequentes Engilbertum pps. (id est, Præpositum) Wolfpold prb. et alios Codex Augiensis quoq adscribit, sed linea transversa, non columnali, ut habet San-Gallensis: neq dignitatis nomen in Codice Augiensi adjectum; at simpliciter memorantur: Otgerus, Engilbertus, Wolfpaldus, Grimaldus etc. Otgerus, sive Otgarius in Archiepiscopatu Moguntinensi successit Heistulfo anno 826. an Fleido post hunc, an ante Abbatiam rexerit? nescimus. Suspicatur Mabillonius T. III. pag. 9. Clingense hoc Coenobium ad Archiepum Moguntinum peculiari iure spectasse, tametsi Dioecesis fuerit Spirensis. Caeterum Clingense monrium vulgo Clingenmünster, seculo jam VIII in inferiori Alsatia fundatum, anno deniq 1491. ab ordine, ac tandem à religione ‡ ad Lutheranos transijt, hodieq sub tutela Principis Palatini Novem-Viri in sua pace quiescit.

XXVI. Monasterium S. Nazarij.

Ordine quidem elenchi monasteriorum à capite Codicis Augiensis positi, titulus S. Nazarij venit; ordine autem foliorum, in quibus catalogi majorum descripti, XXVI.tum monasterium Luxovium est: cum vero ordinem elenchi prosequimur, Luxovij monachorum ad aliud negotium distulimus.

Monasterium S. Nazarij, quale sit, Rubrica catalogi pag. LIV. prodit, habet enim: Nomina fratrum de monasterio Sci Nazarij, quod Loreshaim nominatur, id nempe, quod nunc Laurishamense, Laureshaimense vulgò Lorsch dicitur, atque haud procul à Wormatia situm, postea Moguntino Archi-episcopo aᵒ 1232. concessum fuit. ~~nunc temporis in Comitatu Wirtenbergico situm, et hodie Catholici [illegible] traditum~~. Insignis hujus praedivitisque Abbatiae Fundatorem laudat Mabill. T. II. p. 203 Rhenanum comitem Cancorem,* qui illud primò insigni Viro Metensi Archiepo Chrodegango gubernandum tradidit, hic verò sui loco Gundelandum Abbatem constituit, quo cum in dignitate secutus est Helmericus, tum Richbodo, quem dein aᵒ 805. excepit Adalunc, vel Adalongus Abbas, à capite catalogi positus, primusque inscriptus; nam columna 3tia defuncti, prius ex Mabillonio notati, apparent: Scilicet: Hrodgangus epus. Gundolandus abb. Helmericus ab. Richboto ab. atque epus. Lullus epus. fors S. Bonifacij successor in sede Moguntinensi: hunc Lullum Laureshaimij rectorem non habet, neque Richbotonem episcopum nominat,+ sed Abbatem tantum: Adalunc, vel Adalongus successorem nactus est Samuelem: qui in Codice nostro secundus statim post Adalunc scribitur; imò à latere ipsius nominis actutum Abbas vocatur: Dom. Samuhel ab. cui speciali quadam columnella subjecti sunt 66. monachi litteris minusculis annotati: Samuel iste apud Mabillonium l. c. p. 602 ad an. 838 Episcopus Wormatiensis creatus legitur, ita, ut regimen ~~[illegible]~~ monasterij sui retineret, quod post Adalongum per annos 33. jam administraverat; unde sequitur, quod Adalongi abbatia, quam aᵒ 805. aggressus est, ultra tres annos non duraverit, atque hinc, quod catalogus Fratrum Laureshaimensium intra annum 805 usque 808. conscriptus fuerit.

* aᵒ 763.

\+ Mabillon

XXVII. Monasterium S^cti. Gregorij.

Conditum est hoc monasterium año 660. ab ipso rege Francorum Childerico in honorem S. Gregorij Papæ, qui non plus 55. annis antea obijt. A valle, in qua duo rivi confluunt, quorum unus Fachina dicitur, primis seculis Confluentes, ac etiam ad Fachinas audiebat, tum verò Vallis Gregoriana, vulgo* Gregorien thal, prout hodie, appellatum fuit. Situs vallis hujus est ad Vosagi montem in Alsatia, haud procul à Columbaria vel Colmaria urbe.

* Monasterium

Primus in catalogo Codicis nostri pag. LV. occurrit Abbas Rastuinus, s: Rastuino abb. quem perperam lectum Mabill. T. II. pag. 218. ex ipso hoc Codice Ressuinum nominat; qualis et error eidem contigit in Lectione Peretolt. abba. columnæ 2.da initio notati, quem ille ex Augiensi hoc Codice pag. 520. Perthorfum scribit; modica quidem scriptura differentia, nisi hæc illud moveret dubium, an sub nomine Peretolt verè intelligi debeat Perthoflus, ut putat Mabillon, abbas año 829. an verò Bertholdus abbas año 844. quem ille laudat pag. 647. augetur dubium, cum Rastuinum abbatem columna 1.ª catalogi positum memoramus, hic enim vixit, teste Mabillonio l. superius cit. año 769. ad quam ætatem scriptura Codicis vix ascendit, ut virum adducat, atq. dein post quinquaginta demum años Peretoltum assignet seculi IX. adolescentis Abbatem: imò Rastuini in abbatia successorem idem S. auctor refert año 771. Urolfum dehinc Rachionem, ac tandem aõ 785. Gothefridum,* cui demum substituit Pertholfum: cum igitur Rastuinus ab hoc Pertholfo nimium distet 60. nempe anis; opinor, quod Catalogus F.^rum S. Gregorij scribi coeptus sit vivente Pertholfo non Berchtaldo; Rastuinus verò cum sibi subjectis, inter quos notanter leguntur Urolfus, et Gotofridus abba, cui successit Peretolt*; verum et id quis sustinere posset, Gotofridum jam vivum in Catalogo assignari, ex eo, quod primus cum sequentibus in nominativo scribatur; Gotofridus abba etc. priores autem in ablativo appareant; Rastuino, Marcuino, Urolfo etc. quasi pro Rastuino Urolfo etc. orandum.

* qui tempore conventus Aquisgranensis ~~[illegible]~~, ~~nam Gothefri~~ año 817. adhuc vixit, v. eund. p. 437.

* fuerit inscriptus jam mortuus

Hæc, ut alias, aliquanto fusius; ut ex ijs ætas Codicis proximior assignari valeat.

XXVIII. Monasterium Hasala.

Haselacense monasterium antiquissimum originem suam S. Florentio Argentoratensi episcopo, fundationem vero debet Dagoberto II. Austrasiorum Regi año 676. Situm est in Alsatia ad Bruscam fluvium montisq. Vosagi silva, quae Hasela vocitabatur. Victor abb. initio catalogi SS. hujus monasterij, pag. Codicis LVI. scribitur, sine dubio seculo nono vivens, de suis enim ante- et successoribus nihil ultra proditum. Haselacense cum Suraburgensi cœnobio, de quo mox infra, jam dudum ad seculares Canonicos defecisse tradit Mabillonius T. I. An: Ben. p: 533.

XXVIIII. Monasterium Saraburc.

In titulo rubro catalogi hujus monasterij pag. LVII. Suraburc scribitur, ejusq. abbas à fronte Hildimundus notatus. Conditum est à praedicto Dagoberto principe, ante Haselacense monasterium, in Alsatia ad Suram rivum, unde nomen traxit, in gratiam S. Arbogasti antecessoris S. Florentij; nunc praepositura Canonicorum.

XXX. Monasterium Ebureshaim.

Vulgato sermone, Ebers-Munster, Novietum olim in Chartis, et Noviento vocatum, ab Attico Viro illustri, S. Odiliae V. patre, añ: circiter 667. constructum, haud procul à Selestadio in Alsatia ad Illam fluvium positum est. An ab Apro, qui filius Dagoberti occidisse fertur, an ab Eberhardo primo loci abbate nomen ei impositum? discrepant moderni. Antiquis certe Novienti et Ebureshaim nomine veniebat.

Monasterij Rectores et Abbates enumerat Mabillonius l. proxime cit. p. 488. Ebrhardum vel Eberhardũ, Columbum, Benedictum, Genhardum, tum Diebaldum, quem sine dubio Theobaldum illud esse affirmat, qui pag. LVIII. Codicis nri praeponitur Theotbaldus abb. hunc vixisse constat año. 810.

XXXI. Monasterium Novumwilare.
Nova Villa, seu Novum Villare Coenobium
in Alsatia conditum S. Pirminium Aucto-
rem, Sigebaldum verò episcopum Meten-
sem constructorem et dotatorem agnovit
año 727. Pirminius ejus Abbas primus,
quem vel quos ad seculum usq nonum suc-
cessores habuerit, ignotum; sic autem
seculo IX. in Codice nostro pag. LIX.
Rotramnus abba legitur; nullusq praeter
hunc alius Abbas apparet. Ante años
jam ducentos et plus sexaginta mona-
sterium Novum-villare ad seculares
canonicos transivit

XXXII. Monasterium Gamundias.
Monuimus jam p. 5. hujus opellae
quod Codex noster justo rectoq ordine
compactus non sit, desiderantur etiam
non pauca. In elencho vel Indice
Monasteriorum, post Novum Willare
Gamundias venit, quod aliud non est,
quam Hornbacense; hujus verò cata-
logus, non in ordine post Novumwila-
ris monrij catalogum pag. LX est po-
situs, sed Flaviniacensis, Hornbacen-
sis autem demum pag. LXXXVIII. sequi-
tur; sed et Peumia in Indice imediatè
post Gamundias scribitur, cujus tamen
catalogus non priori, quam pag. CLVII
apparet, qui et ipse decimi demum secu-
li manu est exaratus; quin imo Colticas
monasterij Peumiam in indice statim sub-
sequentis catalogus omnino desideratur.
Inde suspicor, primos horum 3.ium mo-
nasteriorum catalogos fuisse deperdi-
tos, quos dein sequiori tempore iterum
recuperarint Augienses, manuq recen-
tiori descriptos alijs postposuerint;
Hornbacensem sane catalogum non
multò post iterum illis advenisse
crediderim; cum Hornbach monaste-
rium in ipsissimo Indice, licet ulti-
mo loco appareat. Gamundias autem
idem esse cum Hornbach certissimum
facit liber societatum San-Gallensium,
in quo legitur: Nomina Fratrum de
Monasterio Hornbah, sive Gamundias.
Gamundias igitur, id est, Hornbacen-
se Coenobium, hodie adhuc florentissi-
mum in inferiori Alsatia ad fines
Metensis, Trevirensisq Dioecesis situm
praecipua et ad finem vitae perpetua
sedes fuit S. Piminii ~~ius~~, cujus ille año
circa 727. viribus et facultati-
bus Wernheri cujusdam Nobilis*,
Auctor exstitit: Abbates commemo-
rat Mabillonius T. II. p. 189. S. Pir-
minij Successores, Jacobum epm et
Abbatem, dehinc Amalhartum et
Wirundum, qui in Codice nostro cer-
nuntur, quos forsan ex Abbatiali
dignitate excepit Heribe. Abb. Heri-
bertus, qui columna 4ta catalogi
supremus est annotatus, quo de autem
Mabillon silet.

* Franci

XXXIII. Monasterium Prumia

Hic ordo habet elenchi ab exordio
Codicis descripti: Catalogus autem
Abb.um Prumiensis Coenobij vix non ad
calcem Codicis est positus pag. nem-
-pe CLVII.
Prumiense coenobium ab ipsissimo Rege
Pippino Caroli M. parente, et Berta-
-da Regina in Trevirensi Dioecesi ad
amnem Prumiam constructum, ac
prædijs multis a Celticis tribus largi-
-ssime dotatum fuit. Hujus Abbas I.
Asuerus legitur, II. Tancradus a.o 807.
III. Marcwardus a.o 829. IV. Eigilus. 853.
V. Ansbaldus, qui in Codice San-Gallensi
fol. 62. abbas legitur, a.o 860. VI. Faraber-
-tus. a.o 886. VII. Regino Histor: insignis
doctrinæ vir, año 892. VIII. Richarius año
899. quos decimo dein seculo, fors insecuti
sunt Prumiæ Abbates in Codice nostro notati,
Ingramnus, Heberhardus, Hilteric us, Ste-
-phanus. Hos Mabillonius vel non adver-
-tit, vel neglexit; cum nullum seculi X.
Abbatem Prumiensem in eo inveniam, quos
tamen seculo XI. iterum citate pergit, nul-
-lius tamen ex prædictis nomine. Certe
manus quædam recentior Ingramni voca-
-bulo hanc notulam superimposuit: obijt
año DCCCCLXXVI. Prumium locupletis-
-simum olim S.R.I. Monasterium, nunc
Trevirensi Archiepiscopo incorporatum.

XXXIIII. Monasterium Colticas.

Colticensis monasterij catalogus in Codice
nostro deest: hinc plura de veterrimo hoc
cænobio scribere non possumus, quam quæ
habet Mabillonius T. II. an: Ben. pag. 639.
situm esse, nimirum, in Burgundia, Augu-
-stodunensi episcopo jam seculo VIII. subjec-
-tum, deinde vero Flaviniacensi Burgun-
-diæ monasterio sub Prioratus titulo uni-
-tum, qui Prioratus deniq., ut ait Mabillon,
a Flaviniacensi[a] avulsus, patribus Societa-
-tis Jesu collegij Divionensis traditus est.

[a] abbatia

XXXV. Monasterium Flaviniaco.
Flaviniacensis in Burgundia celeberrimi monasterij, si non Auctor, præcipuus certè fundator et insignis dotator exstitit Widradus Abbas año 722. qui an verus an tantum honorarius Abbas fuerit, in dubio versamur. Catalogus Fratrum hujus Cœnobij, qui pag. LX. legitur, plurima siquidem monachorum nomina habet, nulli tamen eorum adscriptus est titulus dignitatis: Abba. Inveniuntur nomina Virorum e.c. Manasses, Arembaldus etc. quæ vel ex toto, vel multa ex parte conveniunt cum nominibus Abbatum illorum Flaviniacensium ~~conveniunt~~, quos citat Mabillonius l.c. indice part: Manasses, Adrebaldus, quem ultimum quidem año 833. ætate, ut conjicio, scriptura Codicis Abbatem vixisse constat: Sed, quis fidejubeat? hunc Adrebaldum, illum fuisse Arembaldum.

XXXVI. Monasterium Senonicas.
Senonensia monasteria sunt varia virorum atq. mulierum: hoc verò, quod Codex noster habet ad Vosagum montem in Lotharingia situm ex Abbate suo Boniceolo dignoscitur; ideo, ~~quod~~ Mabillonius refert, ~~quod~~ T. I. p. 462. Senonense vocatum, quod ejus conditor sit Senonensis quidam epus, nomine Gundelbertus ab año 661. primusq. loci Abbas extiterit abdicata Episcopali dignitate. Hunc insecuti sunt varij Abbates usq. ad Boniceolum, qui pedum Abbatiale tenuit año circa 824.

XXXVII. Monasterium Medianum.
Quod Gallis Moyen-moutier dicitur, ab Hidulfo Treverensium antistite inter Vosagi montes constructum año 670. à Senonensi monasterio non multum distat: cujus abbates primos in Añal. Mabillonij leges, ubi Sundarbertus abb. in catalogo Codicis nri p. LXV. apparens ad finem usq. seculi VIII. vixisse dicitur. T. II. p. 178. Senonia cum Mediano floret etiamnunc in Lotharingia.

XXXVIII. Monasterium Corzia.
Corziensis aut Gorziensis Coenobij in Dioecesi Mettensi Conditor, apud Mabillonium T. II. p. 146. laudatur Chrodegangus ejusdem Dioecesis Episcopus año 749. quod ab ipso alijsq; postmodum egregijs opibus auctum tandem seculo abhinc priori Canonicis secularibus cessit. In Codice nostro pag. LXVI. monasterij hujus catalogo præfigitur Optarius abba quem sub finem seculi VIII. vel initium IX. vixisse opinamur: Crodogangus abb. columna 3tia haud dubie inter mortuos adscriptus.

XXXVIIII. Monasterium Buxbrunno.
Rabigaudus abb. in catalogo hujus monrij p. LXVII. scribitur; quem Mabillonius d. l. p. 207. ex actis Attiniacensis conventus citat: Rabigaudus abbas de Busbrunno; monasterij vero aliam notitiam non habet; nisi fors idem sit cum Aninsulensi cœnobio: cujus pari tempore cognominis abbas exstitit Rabigaudus: mihi dubium incidit, num Buxbruño monrium sit illud, quod apud Mab. præf. T. I. p. 330. vocatur Buxiatum, et in eodem pago, quo Aninsulense, Cenomañense scilicet, a Lonegisilo Alemaño est conditum: nomina saltem propius conveniunt; atq; ordine recto scriptor Codicis nostri de monrijs in Rhetia, Italia, Bavaria, Suevia, Alsatia, Burgundia, ad cœnobia Gallicana transit, quorum Buxbruño primum posuit, dein vero

Provincia Galliæ Aurelianensi / Orleano: sito,

XXXX. Monasterium Sarbacias.
Sarbacias quidem in elencho, seu Indice, sed per errorem, ut reor, scriptum; namq; in catalogo p. LXVIII. scribitur: Nomina Fratrum de monasterio Rasbacis: quod idem est ac Resbacense coenobium seculo medio fere VII. in pago Briegensi Meldensis Dioecesis ab Adone quodam ad fluvium Resbacem constructum, atq; ab Auctore Jerusalem nuncupatum. cujus Abbas in Codice nostro laudatur Godobertus abba, qui año jam 765. Conventui Attiniacensi subscripsisse legitur apud Mabil. T. II. p. 207. hinc catalogo post mortem insertus

XLI. Monasterium Crux Sca.

Non modico numero in varijs regionibus diversimoda sunt O. S. B. monasteria, titulo Crucis insignita. Hoc autem, de quo Codex noster agit, et p. LXIX. catalogum perhibet, non aliud esse putamus, quam * Meldense S. Faronis insigne coenobium, à Burgundofarone nobili Franco circa an: 628. in suburbio Meldensis civitatis erectum atq dotatum: an verò hujus monasterij simul Abbas fuerit Wolframnus eps, qui in catalogo primus apparet? incompertum est. Wolframnum seu Wolframnum Meldensem fuisse epum, atq anno 765. attiniacensi subscripsisse concilio Mabillon T. I. p. 603. et T. II. p. 207. prodit; eumdemq ipsissimum esse affirmat, qui in Codice nostro laudatur nam, quod eadem pag. 603. de necrologio S. Galli habet, sphalma esse credididerim, et loco Augiæ, S. Galli irrepsisse: necrologium enim S. Galli, quod unacum Augiensi ~~[illegible]~~ manibus tracto, nihil de monasterio, quod crux Sancta nominatur, affert: benè verò Augiensis codex, ut prædiximus: imò hunc errorem corrigit Mabillon T. II. p. 207. ubi de necrologio Augiensi memorat.

* S. Faron de Meaux.

XLII. Monasterium Gemedico.

Filibertus Abbas, cum añis aliquot Resvel. Rasbacensi coenobio, de quo supra, præfuisset, à Clodoveo Francorum rege, et Bathilde regina conjuge locum quemdam, Gemeticum nomine, obtinuit in pago Rothomagensi Normandiæ Provinciæ situm, atq in eodem monasteriū condidit, gallis Jumieges dictum, año circa 655. celeberrimum olim à monachis verbo Dei disseminando deputatis. Drontegangus abb. in capite catalogi Hu? hujus monrij legitur pagina Codicis LXX. qui fors idem est, ac Dructeganguz, quem Mabillonius nominat T. II. p. 70. qui seculo octavo vixit, atq hinc post mortem inscriptus.

XLIII. Monasterium Sci Germani.

Tria potissimum sunt in Gallia S. Germani Germani coenobia; unumq corum S. Germani à pratis dictum, atq in Suburbio civitatis Parisinæ constitutum, inter reliqua Galliæ S. Benedicti monasteria antiquitate, religione, et doctrina facile præcipuum est. Alterum vocatur Autissiodorense, haud minus antiquum, nunc autem in collegiatam Ecclesiam conversum; Tertium est Cenomanense, quod huc non pertinet. De prioribus duobus satis superq Mabillonius in Añal: Ben: nobis indagandum restat, quo de monrio intelligendus sit Codex noster Augiensis, an de primis duobus subsequenter, an verò de uno duntaxat, et quonam illo? bina enim S. Germani monasteria affert Codex, binorumq catalogos perhibet sibi cohærentes pag. LXXI. et LXXII. quibus inscriptus est titulus: Nomina Fratrum de monasterio, quod Sci Germani vocatur: et altera statim paginâ: Nomina Fratrum, item de monasterio, quod Sci Germani nuncupatur. Ex quo duo Sci Germani cœnobia à se diversa colligi possent. Per abbates binis in catalogis signatos dubium exsolvere licebit: in primo eorum catalogo occurrit Lantfridus abb. et columnæ quidem I. in fronte; columnæ III. medio ferè Hatto epsl. interpolatus cernitur; columnâ dein V. at juniori multum caractere Liuthere abba, et Willchalmepo. sunt annotati. In secundo catalogo I. columna, primoq loco sunt positi Burgoaldus abba: Yrmino abb. tum verò columna VI. apparet Walterat. abb.

In Serie Abbatum, quam de Monrio S. Germani à pratis Mabillonius Añal: T. I. II. III. IV. et V. successive producit, nullum ex prædictis abbatibus reperire potui, præter Lantfridum seu Lantfredum, et Irminonem vel Hirminonem, si Burgoaldum quoq invenissem, asserere non hæsitassem; de uno unico hoc monasterio à Pratis utrumq catalogum intelligi debere; tum, quod in primo à capite statim notetur Lantfridus abbas, in secundo autem post Burgoaldum Irmino abb. scribatur, qui ambo ejusdem Monrij à Pratis, et non alterius abbates fuere; cum, quod horum abbatum nomina in serie Autissiodorensium Antistitum non appareant. Suspicor ego Burgoaldum vel Wichadi seu Wichaldi, qui ad finem seculi Octavi Lantfrido successerat, nomine venisse, vel certè Wichaldum inter et Irminonem egisse S. Germani Abbatem, qui scriptoribus non innotuit, cum teste Mabillonio, iidem scriptores in texenda serie abbatum minus accurati fuerint. Mirari tamen subit, eos à Mabillonio non fuisse correctos ex ipso hoc Codice Augiensi, quem alias sæpenumerò in partes suas citare solet: at fors non meminit, vel non advertit.

Mihi persuasum igitur, ejusdem Monrij S. Germani à pratis ambos esse catalogos; et primum quidem ab Abbate Lantfrido mortuorum, alterum verò ab Irminone Abbate vivorum seculo IX. crescente. Cæteros enim Abbates juniori manu adscriptos non curo; cum iis temporibus recentiores videantur quam Mabillonius Añales suos perduxit annum nempè 1155.

XLV. Monasterium Sci. Michahelis.

Plurima fuere, atq etiamnum existunt diver-
sis in provincijs monasteria S. Michaelis
nomine insignita: quale verò hæc inter illud
sit, cujus Fratrum catalogus in Codice nostro
pag. LXXIV. describitur? multum laboris
multumq temporis insumpsi, ut vel divi-
nare saltem possem, sed incassum! nullius
enim monasterij abbatem reperire potui, qui
nomine Gundrichus vel Gundricho esset,
qualis tamen in dicto catalogo primo loco
venit Gundricho abb.

Recentioris quidem manus nota superinscrip-
ta eidem catalogo habet, Hildesheim; sive,
ut conjicio, Hildeshaimense Monasterium,
à S. Bernwardo ejusdem urbis episcopo ad
finem seculi X constructum et insigniter do-
tatum, cui præfatus Præsul primum Abbatem
constituisse dicitur Goderamnum: si Gode-
ramnus idem sit, ac Gundrichus, rem attigis-
se videretur notator; sed vereor, si assensū
dono, ne in antiquitatem scripturæ Codicis
peccem, reverà enim columna Iª Codicis, ubi
Gundricho abb. primus in catalogo signatus,
primigeniam ejusdem, idest, seculi IX. scrip-
turam sapit, non X. finem, vel XI. princi-
pium, quo jam adolescente, aňo nimirum
1022. Bernwardus vivere desijt: quodsi
verò de columna III. dicti cathalogi sermo
foret, ubi junior scriptura manifestè appa-
ret, et ad cujus caput Perinhardus quidam
et statim Chunibr abb. scribitur, minus
titubarem; sed iterum moram injicit Chuni-
bertus iste, cujus nomen in serie abbatum
Hildesheimensium non legitur, nisi Chuni-
bertum dicere velis Conradum, qui medio
seculo XI. præfuit. Vid. Mabill. Aňal.
Bened. T. IV.

Caspar Bruschius in Chron: M. Germ.
pag. 302. et seqq: Monrium quoddam
S. Michaelis adducit, cujus primum
Abbatem Imbricum nominat, qui cum
Gundricho conveniret; sed aňum
fundationis ponit 1119. qui cum
scriptura Codicis non cohæret; fors
vetustius est monrium hoc ~~illo~~ quam
Bruschio inotuit.

XLVI. Monasterium Sci Dionisij.

Catalogus Frum in Codice nostro desi-
deratur: situm est hoc Monasterium
in agro Parisiaco à Dagoberto
Chlotharij filio aňo 628. magni-
ficentissimè constructum, et opu-
lentissimè fundatum; de quo abun-
dè Mabill. T. I. Aňal. pag. 340.

XLVII. Monasterium Sci Trudonis.

XLVIII. Monasterium Sci Medardi.

utriusq monasterij catalogus deest in Codice; quorum primum, alias
Sarchiniense, à S. Trudone fundatum atq in
Brabantiæ finibus positum adhuc sub-
sistit; alterum verò, Suessionense dictum,
super tumulum S. Medardi à Chlotario
Patre erigi coeptum aō 546. à Sigiberto
filio absolutum fuit.

XLVIII. Monasterium Mons viridis.

Investigatis omnibus et sollicite discussis adeo felix non eram, ut deprehenderem, ubi terrarum situm habeat Montis viridis cœnobium? nullumq aliud in mentem venit monasterium, quàm S. Vitoni Virdunense, cui tamen cogitationi meæ obsistit, quod ex signatis in Catalogo, qui equidem capite suo orbatus integer non extat, abbate Walefredo et epis. Dieudlard, Thomas, Justinus, Chunibertus, Grimwaldus, Barducia, nullus hoc nomine eidem monrio præfuisse legatur. Alijs igitur hoc indagandum relinquo.

L. Monasterium Mauri.

Tria potissimum sunt hujus nominis monasteria, duo in Gallia, quorum unum Fossatense, alterum Glañafoliense nuncupatur; tertium verò in Alsatia positum Mauri-monasterium, vulgò Maurs-Munster, + est dictum.

Ultimum hoc in Codice nostro designari ejusq Catalogum exhiberi pag. LXXXII. prope fidem est: Hartericus eps, qui primum in Catalogo locum occupat, an simul Abbas fuerit? incertum, ait Mabillonius in Añal: T. II. pag. 518. Sed, cur vir eruditissimus subscriptos Hartterico Abbates non attingit? reor, quod plures in Abbatum Serie non invenerit, sed alios quos citat, ab his nomine diversissimos: Wolarat certè abb. Herifrid ab. Venerandus abb. Hartbertus abb. neq inter Fossatenses, nec Glañafolienses, nec Mauri-monasterij Abbates inveniuntur: reperiuntur verò Liuberat abb. quem eumdem esse cum Leobardo suspicor, atq Maurus abb. à quorum primo Monasterium Mauri año 615.* ab altero autem instaurationem aº. 728. accepit, atq inditum sibi hodiernum nomen. Alij Abbates fors aliorum catalogorum confectoribus ignoti. Caspar Bruschius l. cit. pag. 201. ignorari ait, quis Leobardo usq ad Maurum S. Priminij discipulum et loci restauratorem successerit? quam Abbatum Lacunam egregiè suppleri posse autumo ex Codice nostro qui post Liuberat abb. designat Wolarat abb. Herifrid abb. Venerandus abb. tum verò scribit: Maurus abb: Ecce quatuor Abbates à fundatore Leobardo usq ad instauratorem Maurum. Post Maurum, dicit Bruschius, desiderantur aliqui Abbates, quos iterum supplet Codex noster, nominando post Maurum Adedibertus abb. atq inferius Benedictus abbn, Celsum verò, quem Mabillon Petri galli successorem refert, tertio post Benedictum loco absq dignitatis titulo insinuat.

+ antiquis Cella Leobardi, quem alij S. Columbani, alij S. Benedicti, alij S. Mauri discipulum dicunt, utpote à Leobardo hoc año 615. constructum qui etiam primus ejusdem monrij abbas fuit V. Mab. Añal. T. I. p. 78.
Situm est Mauri monasterium haud procul à Zabern.

* fundationem

Agnoscat benevolus Lector, quod hic ab ordi-
ne elenchi seu Indicis in fronte Codicis po-
siti digrediar; ibi enim nunc occurrunt Cano
nici Episcopalium Ecclesiarum; ordinatius
autem me acturum putavi, si omissis inte-
rim Canonicorum sedibus, ordinem mona-
steriorum prosequar, quæ quidem in præfa-
to indice non, plura verò in ipso Codice re-
feruntur, partim Catalogis aliorum monaste-
riorum sequiori tempore adposita, partim
quoq suo loco conscripta; hinc singulorum
paginas, quibus reperiri possint diligenter
notabimus. Claudunt Indicem sæpedictum
duo monasteria, Sci Vedasti unum, quod
Attrebatense in Belgio est, alterum Hornbach
quo de sub nomine Gamundias jam superig
fol. 21. egimus, prioris autem catalogus
in Codice non existit.
Virorum ergo monasteria primò singu-
la in Augiensi Codice contenta foliorum
ordine referemus, tum verò Ecclesiarum
quà Cathedralium, quà Collegiatarum
Epos atq Canonicos adducemus, ac tandem
Fœminarum Sanctimonialium Parthe-
nones explicabimus.
Pagina VIII. ubi rubro signatur titulus:
Nomina Sororum de Turego: in exteriori
ora folij apparent Nomina frum de mainga
quorum verò, cum plura non adscribantur
quàm sex, eaq charactere multò juniori
quàm primigenio Codicis, probum est,
nomina fratrum esse de modica quadam
cella, cujus locum et situm reperire non
potui. Eadem pagina columna 3.tia
incipiunt nomina Fratrum de Scō Maximo
vetustimo annorum nongentorum charac-
tere conscripta, quorum Kebehart eps pri-
mum locum obtinet; quiq vivens fuit
inscriptus, nam columna sequenti 4.ta
Nomina defunctorum veniunt; quo autem
tempore præfuerit Kebehardus iste, qualeq
sit monerium Sci Maximi, cui præfuisse
scribitur: ità facile definitu non est.
Quale sit monasterium, et quo locò situm?
ex eo maximè colligi debet, ut reor, si repe-
rire sit, cui loco vel monasterio præpositi
fuerint Abbates et episcopi in catalogo assig-
nati? Sunt verò sequentes: Kebehart eps.
Joseph eps et abba. Asinarius abba. Frodo-
inus abba. Dolpertus abba. Godo abba.
Autbertus abba. Walchina eps. Savianus
eps. Sunt, qui monasterium hoc de Scō
Maximo, Trevirense S. Maximini esse
volunt, verùm in serie Abbatum hujus
Cœnobij neq simile nomen ex præfatis
deprehendo, quorum tamen non unum,
sed vix non omnes simillimi nominis inter
Abbates Novaliciensis in Lugdunensi Gallia
Provintia monasterij apud Mabillonium
T. II. p. 110. et 834. lego, scilicet, Josephum,
Asinarium, Frodoinum, Godonem, Walchunum:

Valde perturbatam esse Novalicien-
-sium Abbatum seriem, laudatus jam
agnovit Mabillonius l.c. p. 233. ubi
Asinarium seculo medio octavo Abbatem
fuisse probat, hujus successorem dein
substituit Witgarium epum Maurienen-
-sem, cui post breve regiminis tempus
suffectus fuerit Frodoinus ano circa
770. quem gubernasse dicit annis 43.
usq ad primos imperij Ludovici Pij anos,
Frodoino Ambulfum subdit, huic El-
-dradum, ac tandem Josephum: in vul-
-gatis autem indicibus, Novalicienses
primi Abbates ordine sequenti recensentur:
Godo, Abbo,+ Guillielmus, Gerardus, Ase-
-narius, Witgarius epus et abbas, Sanctus
Frodoinus. Ex his Guillielmus, Gerardus
et Witgarius in Cathalogo nostro desunt,
eorumq loco inveniuntur Autbertus abbas,
et Savianus et Kebehardus episcopi:
cum vero satis confusa sit, quod diximus,
ac perturbata series Abbatum, eam ex
Codice nostro aliquantum restitui posse
confido; ita, ut sub initium seculi octavi, quo fundatum fuit Novalicij monerium,
Godo primus Abbas extiterit, tum Aut-
-bertus, subin circa annum 40. ejus seculi
Abbo, sub quo alter Abbo Patricius testa-
-mentum pro Novalicio condidit (nisi
dicere velis Autbertum et Abbonem pari
nomine venire) sicq Abbo Godonem imedia-
-te sit subsecutus: Abbo Testator Walchunum
episcopum, fors Mauriensem, qui in codice
Walchina epus, sui operis adjutorem, et testa-
-menti quasi executorem habuit, eumdemq
dum vixerit, Monasterij hujus provisorem et
gubernatorem constituit, ita, ut neq ipsius Ab-
-batis electio citra consilium et assensum epi
valeret; inde crediderim, post abbonis abbatis
mortem, Walchina vel Walchunus iste, et post
hunc Savianus episcopus, item in Codice no-
-tatus, monasterij Novaliciensis regimen tenuit,
donec mediante seculo VIII illud suscepit Asina-
-rius, qui Attiniacensi Conventui ano 765. sub-
-scripsit: Asinario abbate defuncto Witgarius
iterum episcopus Abbatis officium gessisse
fertur, qui tamen in Codice non apparet, fors
quod brevissimo tempore præfuerit, eiq Frodoi-
-nus Abbas suffectus sit, qui pedum per 43 anos
tenuit, et Ludovici pij tempora attigit: Frodoino
in abbatiali munere, sine medio successisse Am-
-blulfum putat Mabillon; suspicor autem ego
Codicis auctoritate suffultus, quod Amblulfum
inter et Frodoinum intercesserint rectores Nova-
-licienses episcopi duo, Kebehardus scilicet atq
Josephus; tum, quod scriptura Catalogi, in
quo Kebehardus epus præponitur, paulo
antiquior sit illa, qua in subsequenti mox Ca-
-talogo Josephus epus et abbas præficitur, atq

+ Joseph

postea Kebehart eps cum Asinario, Frodoino etc. inter mortuos poni videatur; cum vero, quia sub Josepho abbate Ambulfus et Hildradus sine titulo abbatis appareant, ejus tamen dignitate postmodum praeditos fuisse scimus.
Mea igitur conjectura sequens ordo Novaliciensium Abbatum esset ponendus:
Godo, Autbertus vel Abbo, Walchunus Savianus, Asinarius, Witgarius, Frodoinus, Gebehardus vel Gerardus, Joseph, Ambulfus, Hildradus seu Eldradus etc.
qui vix non cum eo ordine Abbatum convenit, quem supra ex vulgatis retuli; si Guilielmum Walchunum, Gerardumque Gebehardum dixeris; atque hunc cum Josepho in ordine Abbatum chronologico Frodoino postposueris. —
Cur vero Novalicium S. Maximi monasterium fuerit apellatum? mihi sane hactenus est incompertum.

Pagina XIX. col. octava.

Nomina fratrum de monast. Clodoaldi regis.

Monasterium hoc Chlodoaldus Chlodomiri Regis Aurelianensis filius, Chlotharii et Childeberti patruorum furori subductus in Parisino Novigenti agro seculo jam VI. construxit, quod dudum ad seculares Canonicos transiit: Catalogum fratrum seculo nono jam medio elapso conscriptum Ingelwinus eps. Parisinus, qui primo loco notatus eidem coenobio tum fortassis vice abbatis praefuit, prodit; hic enim episcopatum Parisiensem rexit ab anno 863. usque ad annum 884.

Pagina LVI. col. 3tia

Haec sunt nomina frum Halverstadensis.

Ignotum mihi est Halver- vel Halberstadense Monasterium: arbitror autem, Nomina frum Canonicorum Halverstadensis Ecclesiæ fuisse conscripta, Canonicos enim fratres etiam nominari in Codice nostro advertimus. Hinc de Ecclesia ista agendum erit infra; hic prosequenda Monasteria.

Pagina LXXXI.

Incipiunt nomina frm ex monasterio Sci-Bibiano

Monasterium Sancti Bibiani nullum invenio, Sanctæ Bibianæ vero propè Romanam Urbem situm, ideoq monasterium Romanum dictum, non est illud, de quo Scriptor Codicis nostri Cathalogum texuit.

Suspicor autem Bibiano sphalma litterarium esse, atq substitui debere: ex monasterio Sci-Bertini: suspicio non inanis est; nam Sti Bertini monasterio inter Morinos Belgij posito conveniunt personæ in Cathalogo signatæ, convenit tempus, temporisq ratio. Quod equidem ut clarius pateat, historia monasterij hic strictim referenda.

Medio seculo 7mo vix elapso S. Bertinus Luxoviensis monachus, cum Mumolino Sithiensis monrij abbate, qui et ipse Luxoviensis asceta fuerat, novum opus Monrij in Sithiu moliri coepit, cujus dein regimen Mumolinus ad Noviomagensem Episcopatum evectus S. Bertino reliquit; hic magnum monachorum numerum inibi colligens, accedentibus opulentissimis dotationibus, aliquamdiu sanctmè præfuit, atq post mortem Sithiensi monrio nomen suum indidit, nempe à Successoribus S. Bertini Monrium vocatum. Bertino adhuc vivente Audomarus Morinorum Epus in vicino Sithiensis monrij colle basilicam S. Mariæ cum cœmeterio in suam Fratrumq Sithiensium sepulturam extruxit, cui dein cellæ monachorum annexæ, in quibus 110. monachi sub eodem Bertini regimine vivebant, hinc duo monria Sithiensia erant sub uno Abbate, unum S. Bertini, alterum S. Audomari dictum, persistebantq monachi in seculo crescens usq nonum; dum forte ao. 820. Nanthario Abbate defuncto Fridugisus quidam Secularis Canonicus, non monachorum electione

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

Sed Principis voluntate utriusq. Monasterij Abbatiam obtinuit. Hic statim, ac regere cœpit, ex S. Bertini monrio 23. monachos rejecit, numerumq. illorum ad 60. redegit: in altero autem S. Audomari, expulsis 60. monachis, 30. canonicos substituit: Quam tamen injuriam monachis illatam Hugo Ludovici Pij Impr. frater S. Bertini, post Fridugisi mortem, Abbas renuntiatus egregie reparavit: novum enim Diploma ab Impr. Fratre suo obtinuit, quo libertas antiqua, cæteraq. privilegia Monrio S. Bertini asserta, et Ecclesia S. Audomari eidem denuo subjecta fuit: año 834. Hugone demum in prælio andegavensi occiso, in abbatem est electus Adalhardus, S. Bertino a puero oblatus.

Nunc ad rem; Adalhardus iste, ut opinor, sub nomine Abbatis, in Cathalogo conscriptorum unicus apparet, Adalhart Abba. qui pedum tenere cœpit aº 844. Scriptura Codicis huic tempori concordat, concordare autem videtur et temporis ratio, nam initio Cathalogi posita sunt nomina Canonicorum, ubi clerici scribuntur non monachi, et charactere quidem paululum antiquiore; Fridagar statim ante Adalhart signatus, an idem sit ac Fridugisus, qui monachos in Canonicos mutavit, nolim asseverare; Si Hugonem etiam in Cathalogo reperissem, certissimum esse pronuntiarem, errorem scriptoris esse S. Hibriano, cum scribere voluisset, ~~de~~ Ex monasterio S. Bertini.

NB. Firmor in opinione mea, ex eo, quod liber Frum Conscriptorum S. Galli pag. 29. ejusdem Monrij, nempe Cœnobij Sti Petri, Sanctorumq. Confessorum Othmari, S. Audomari, atq. Bertini cathalogum recenseat, in quo primo scribitur: Hunfridus eps. qui ex monacho Prumiensi ad Morinorum sedem epl. evectus, mortuo Adalharto, ad regimen Abbatiæ S. Bertini a monachis año 865. vocatus fuit. Mabill. lib. T. III. pag. 122.

Vide Mabill. T. I. et II. Añal. Bened. NB.

Pag. LXXXVI.

Nomina Fratrum virorum de cœnobio, quod Scina nominatur.

Diu multumq. deliberaveram, quale quod, et ubi terrarum esset hoc Scina Monrium? cujus Abbates et monachos non tantum Codex noster Augiensis, sed et San-Gallensis pag. 19. describit; in Añal. Bened: Tom. V. quos integros evolvi nec vestigium quidem Scinæ cujusdam monasterij deprehendi. In tomo autem VI.to quem edidit P. Martenius legi Cœnobium Schinnense, quod in Mindensi Diœcesi año demum 1158. a Comitib. de Hallermont fundatum fuit: verum de hoc Codices prædicti agere non potuerunt, quorum utpote character trecentis añis fundationem hujus monrij præcedit. relecta tandem sæpius Abbatum, qui in Codicibus designantur, serie, inveni quosdam eorum, qui Prumiensi, celeberrimo apud Treviros monasterio a Pippino Rege jam seculo VIII. fundato præfuerunt, quos inter præcipui Marquardus abb. Hunfridus eps. Egil eps et abba. atq. inter defunctos legitur Hetti abb. qui singuli seculo IX. in vivis erant.

Hetti equidem ex Abbate Mediolacensi,
quod simul inter Treviros insigne est mo-
nasterium, Archiepps Trevirensis anno
847. jam obijt, quem, cum monachum
fuisse affirmet, Mabillonius silens quo
in coenobio? is verò in Augiensi simul
et S. Gallensi codice notetur Hetti abb.
mihi perquam verisimile est, eum Pru-
miensem fuisse monachum, et ex hoc
monrio in Abbatiam Mediolacensem
assumptum: ita enim et Hunfridus epps
in codice nostro legitur, non, quod fuerit
abbas Prumiensis coenobij, sed quod ex eo
in Morinorum episcopum sit evectus, mor-
-tuus postea año 868. Marquardus abbas
qui ante Hunfridum scribitur, Prumien-
-si abbatiæ ~~a fuis~~ præfectus fuit a°. 829.
è Ferrariensi monrio vocatus: quo dein
a°. 853. defuncto, Eigil Prumiæ monachus
Frum electione successit, a°. posthac 865.
Senonensem in episcopatum elatus, qui
post Hunfridum Cathalogo insertus appa-
-ret, quia is ante Eigilem episcopatū
obtinuit: adversari quidem opinioni
meæ videtur, quod in Codice S. Gallensi
Ambricho abba. in Augiensi verò
Kerhelm abb. et Adalram abb. legatur,
quorum tamen Prumiæ Abbatem nullū
hoc nomine vel ante vel post Marquar-
-dum ponit Mabillonius: sed hoc officere
non credimus, quò minus nobis suspicari
liceat, vel Ambrichonem, Kerhelmum et
Adalramnū Abbates ad breve tempus Pru-
-miæ præfuisse, vel, quod verosimilius est,
illos in aliorum monriorū Abbatias ex
Prumia assumptos fuisse, prout in Hetti
et Hunfrido est factum; certè Ambricho-
-nem Epum Ratisbonensem legimus, et
Adalramnos duos epos Ratisbonenses,
simulq Abbates Nantuacenses, qui in no-
-bis constet, unde sint?
Confer, quæ in superioribus fol. 22. Nrō
XXXIII. retulimus; unde novum quoddā
robur opinioni meæ accedere puto: cum
enī in Elencho monasteriorum Codici præ-
fixo, eodem Nrō 33. notetur: Monasteriū
Prumia: in ordine autem Nrō 33. non
Prumiense, sed Flaviniacense scribatur, sig-
-num esse poterit, alio ordine nomineq
venire Prumiense monasterium; cujus tan-
dem multò recentior cathalogus ad finē
Codicis est positus: hic enim, de quo nunc
egimus ante medium seculum IX. indubi-
-tanter est scriptus, quod ex nota Codicis
cathalogo imediatè supposita satis liquet: *

* In die, quo hæc nomina hic conscripta sunt,
adfuit præsens Walafredus Abbas cum omnibq
fratribus Insulanensibus. Nec non et abb.
Adalrammus pdictorum frum etc.

Pag: LXXXIX. Nomina Fratrum Carrofensis Monasterij.

Carrofense coenobium, gallis Charroux, ad finem seculi VIII à Rotgerio comite apud Pictones fuit conditum fuit año 785. Dominicus primus hujus monasterij abbas successorem habuit David, hicq Guntbaldum, cui Justus praecesserat, circa añu 830. qui in Codice nostro à capite Carofensis Cathalogi legitur: Guntbaldus abbas: pagina aversa notatur Adalgungus abba, cujus nomen in serie abbatum, quam exhibet Mabillon reperire non potui.

Pag: XCIII. Hæc sunt nomina Monachorum ex cella Sci Dyonisii, ubi Confessor XPI Hilarus quiescit humatus.

Si huc reduxeris, quæ pagina 27. prius de monrio S. Dionysij scripsimus, facile advertes, ipsum esse hoc monasterium, cujus cathalogus ibi desiderabatur, hic autem suppletur. Hilduinus abba * hanc dignitatem est assecutus año 818. cujus antecessor erat Adrolfus abba. in codice nostro sic dictus, à Mabillonio autem T. I. Añal. Ben. Fardulfus nominatus.

* qui primo loco notatus.

Illa, quæ titulo subdidit Scriptor: ubi Confessor Christi Hilarus quiescit humatus eo accipienda sunt, vel quod S. Hilari corpus in Salonensi cella S. Dionysio subjecta requiescat, ut olim ibi quievit, vel quod à Salona in monasterium illud princeps seculo jam nono translatum fuerit.

Pag: XCV. Nomina Frm de Monast. Sci Martini Insulæ Barbaræ.

Vetustissimum Insulæ Barbaræ coenobium in pagi Lugdunensis Araris fluvij Insula situm ac primò quidem sub titulo S. Andreæ, tempore S. Martini, conditum, tum vero ad finem seculi octavi à Leidrado Lugdunensi Epo restauratum et à Benedicto Anianensi reformatum, S. Martini est dictum. Huic Benedicto, vel potius ejus Vicario Campioni, in abbatiali regimine sub initium seculi noni successit Bartholomeus abba. in codicis nostri cathalogo primus añud positus: cessit tandem ineunte XVI. seculo Papali auctoritate Lugdunensi episcopio. Huic monasterio ejusdem paginæ † subdita sunt

† columna tertia

Nomina

36. Nomina Frm de Monasterio Sci Ragneberti.

S. Ragneberti, Ramberti, vel Reginberti Ascetereum in pago Lugdunensi à Domitiano Eremita opibus Latini potentissimi Viri jam año X.° seculi sexti constructum, año postea 674. à Ragneberto* miraculis claro, ibidem sepulto nomen obtinuit, prius Bebronense monerium cum esset appellatum.

* post mortem ab Ebroino Tyraño ipsi illata

Stephanus Abbas, qui in serie Frm scriptorum primus venit seculo crescente nono vixit.

Pag: CV. titulo minio.

Nomina Fratrum de Mon, quod nomnt Uttinburra.

Ottobura florentissimum ord. Bened. Coenobium in Suevia prope Urbem Memingam ~~situm~~ amoenissimo loco situm año seculi VIII. 64. Silachus cum uxore Ermisuinda fundatores, Totonemque filium eorum primum Abbatem habuit, cui año 817. vita functo successit Milo abbas qui in Codicis nostri Cathalogo prima fronte laudatur.

Successores Milonis Lege apud Bruschium Loc. sæpè cit. pag. 632. et Seqq:

Eadem pagina, columna verò quarta sequunt: Nomina ex Mon Faustini siti Brixiæ.

Sacrum Faustini et Jovitæ monasterium extra muros Brixinensis Civitatis jam seculo octavo medio constructum, atque in sacris neglectum Rampertus ejusdem urbis episcopus per Leutgarium Abbatem, et Hildemarum monachum, egregium illum in regulam sacram Comentatorem, restitui curavit;[a] hisque inde recedentibus, Maginardum monachis coadunatis præfecit. In Codice nostro Augiensi Abbas nullus legitur nisi eos episcopos dicere velis fuisse hujus mnrij Abbates, qui paginæ aversæ columna prima sequenti nota ponuntur:

a. anno 840.

Nomina vero, quod Liutbertus Archieps nobis transmisit: Anskarius eps. Liutbertus eps. Baduradus eps. Harbuardus eps. Hitto eps. Hemo eps. Gumbaldus eps. Hatto eps. quodsi, ut suspicor, hi epi Brixinenses fuerunt, hi forte monrij ante instaurationem rectores extiterant.

Columna penes dictam secunda alius scribitur cathalogus, cujus locum primum obtinet Utto eps. qualis autem Ecclesiæ? divinare non possum.

Tertia columna itidem alius monachorum cathalogus, quo præponuntur Hariolfus eps. Wicterp Abbas. Sindolfus abb. verum hic certo certius Elwangensis monasterij est, prout infra docebimus.

Pag: CXII. Crux Scẽ Audoweni.
Duo sunt monasteria à S. Audoeno nuncupata, unum Cenomañense, Rotomagense alterum in Galliâ situm prioris Abbas legitur fuisse Leufredus, posterioris autem Ricolfus simul Archiepis Rotomagi: neuter ex his nominatur in Codice nostro, sed Purchartus abba ponitur. An Purchartus iste in Abbatia Ricolfum praecesserit, quod quidem scriptura vetustior Codicis iñuere videtur, an successerit? diffinire nolim.
Cur quoq Crux S. Audoweni scribatur? mihi pariter ignotum.

Pag: CX. In ora exteriore folij notatus Ratpod Abba cum suo conventu, quem Ratpodum alium non inveni, quam Cellensis S. Gisleni Abbatem: cum verò titulus columnæ non sit praefixus, certi quidpiam asseverare non audeo.

Columna 3.tia ejusdem paginæ veniunt Nomina Fratrum de Elehenwanc.

Elegans nunc sub Principe Praeposito Canonicorum collegium in Sueviâ Dioecesi Augustana Elwangia Moñrium fuit Benedictinum ab Hariolfo Lingonensi epo octavi seculi medio constructum: ait Mabillonius T. II. Añal. p. 152. Inter fratres conscriptos S. Galli nominantur ex Elehenwangia Sindoltus an Sindolfus, et Erfinan Abbates; ~~[illegible]~~ fedelior in Augiensi Codice, quem utrumq prae oculis habeo, legerit, quæ scripsit; at paulo aliter, scilicet Sindolt abba. Erpfman abba.
Imo pag: CV. columna tertia Codex Augiæ habet cathalogum defunctorum, ut puto, Frum Elwangensium, ubi notatur Hariolfus epus, Wicterp abbas. Sindoltus abb. qui in serie Abbatum Elwangensium primi sunt; inter quos Hariolf año 780. secundus Wicterbus successor ejus año 796. 3tius Sindoltus sub initium seculi noni e vita migrarunt; quem ultimum dein Erpfmannus excepit, crescente eodem seculo, ac demum hunc est insecutus Ermenricus*: tandem Elwangiæ monachi medio XV. seculo in Canonicos mutati.

* Caspar Bruschius Loc: cit: pag. 172. post Wicterbum nominat Grimoldum non Sindoldum, Erfmañum silet; hinc ex dictis codicibus erit corrigendus atq supplendus.

Pag: CXII. Nomina Fratrum Chorbeiæ.

De quali Codex noster hic agat Chorbeia? an antiqua vel nova? non statim dijudicandum: tametsi cathalogi initium hoc ponat: Domnus abba Wala: Wala verò fratri suo S. Adalhardo año 826. in regimine Corbeiæ veteris, Warinus aᵗ Novæ successit: At verò nomen Wala juniori atramento cernitur adjectum, hincq moror edicere Corbeiam veterem indicari: qdqd sit? utriusq Corbeiæ ortum et situm indagare juvat.

Corbeja antiqua in pago Ambianensi Piccardicæ Provinciæ à Theofredo, ut putatur, primo ejusdem abbate, tunc episcopo, jam seculo VII. medio constructa, opibusq religione et doctrinâ celebris, anno postea 822. Corbeiæ Novæ in Saxonia sitæ initium simul ac nomen præbuit, cum Adalhardus veteris Corbeiæ abbas, cum fratre suo Wala è francia in Saxoniam digrediens illic Ludovici Pij Imp. consensu et facultatibus monasterium erexit, instituit, atq fundavit, insignis etiamnum Ord. Ben. et Principalis Abbatia, cujus regimen Adalhardus non plures quam años 4. tenuit, in antiqua Corbeja mortuus, atq hanc Walæ, illam autē Warino gubernandam reliquit: quam ob rē vero similius judico Codicem nostrū de antiqua Corbeia intelligendum, ut quid enī quatuor duntaxat añorum monasterium adeo in intimo Alemañia celebretur, ut societas regularis cum illo ineatur?

* **Pag: CXXIX. Nomina Fratrum ex Monasterio, quod Melundis nomin.**

Monasterium Sci Petri, quod habet Codex San-Galli, Melondis, seu Melundis vetustissimum est in Burgundiæ pago Tornodorensi sub Clodoveo Francorum Rege Magno jam excitatum. Hujus abbatem Epelenum, vel Epelinum ad añum 817. statuit Mabillon ex ipso nro Augiensi et S. Galli Codice, ante años octingentos ipsi; nobis ergo nongentos scripto; inter defunctorum nomina in Codice Augiensi Beto epus apparet, Lingonum antistes, quē Besuensi monrio eodem tempore præfuisse idem scriptor comemorat, fors simul et Melundinum regebat? sed non eodem, quo Epelenus año, cum inter defunctos nominetur. Persistit usq modò hoc monriū sub congregaōe S. Mauri gallicè Molome dictum.

Ead: Pag: Ex monasterio, qd dr Fons Besuus.

Besuense coenobium in Burgundia haud procul à Divione per Amalgarium nobilem Francum ad fontem Besuam año circiter 630. exstructum atq fundatum est; cui primus Abbas Waldolenus, Amalgarij filius à S. Columbano in monrio Luxoviensi educatus præfuit. Codex noster Augiensis simul et S. Gallensis Seraphim Abba habet, qui año 826. monrio Besuensi ad interitum vergenti, et ab Alberico Lingonum epo noviter restituto præficiebatur.

* **Pag: CXXX. Nomina Fratrum de Frisigingum.**

Ecclesia Frisingensis in Bavaria à S. Corbiniano ad Isaram fluvium Aº 722. exstructa sub nomine S. Mariæ, et S. Benedicti, ab eodem dotata et monachis Benedictinis tradita dicitur ab Ottone Frisingensi: illa tamen ante seculum XI. ad Canonicos transijt, ut perhibet Mabillonius T. II. Añal. p. 66. Codex noster Erchanbertū epum, et Herolfum Chor-epum nominat, fors, quod S. Corbinianus ipseq primus Frisingensis epus monasterium à se fundatum episcopatui subjecerit.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Pag: CXXXIII. Incipiunt nomina Frum quiin Zuriaca sunt incongregati.
In ora folij superiori manus seculi XV. notavit: Zürzach: si ita sit, de moderno Canonicorum collegio mihi aliud non constat, quam quod olim cella monachorum fuerit ~~Reichen~~ Augiensi ano monrio incorporata. In Añal. Bened: de hoc nihil. *

* Ægidius Tschudius in Gall. Com. Abbatiolam fuisse Augiæ Diviti à Carolo Crasso añ. 881. donatam memorat L. I. P. 3. C. 7. n. 28.

151

Pag: CXXXV. De monast. scor. Mart; Cassi, et Florentij. nomina Frum nror.
Ab hac pagina incipit scriptura seculi X. separatusq a priori codex, cujus folium primum, proh dolor! excisum: forma membrana subtilior, atq pollice uno brevior est, quam codex prior in eadem compactura contento. Manus quædam multo recens in ora folij suprema quasi titulum scripsit: Variæ collectiones: id quod equidem verum est, si varias in eo contentas monasticæ Professionis formulas, antiquo recentioriq charactere exaratas, atq simul ejusdem scriptionis quasdam modicas donationes consideraveris. Præcipuus verò X. seculi scriptoris finis fuisse videtur, ut recentiores priori seculo initas confœderationes cum Augiâ, ejusdem Monasterij sui Fratrum cathalogum novum conscriberet. Primum enim ex eo liquet, quod variorum monriorum cathalogos exhibeat, quorum hic meminemus; Secundum autem palam fit ex oratione quadam vel precatione formulæ profitendi subjuncta, quæ sequens est:
Deus omnipotens, qui cunctis legitime, et regulariter viventibus præmia promisisti, custodire et gubernare dignare eos, quorum hic nomina subter scripta sunt monachorum Sanctæ Mariæ, ut incolomes ante tribunal Xpi pervenire mereantur unacum electo viro ill. abbate, ut Deus omnipotens, qui pacis auctor est, qui solus potest facere unanimes habitare in domo, aptet nos omnes ad faciendam voluntatem suam, faciens in nobis, quod placeat sibi per Jesum Christum dum nrm. unacum religiosissimo Patre nostro et hujus adhortationis semen in nostro corde per gratiam spiritus sancti plantet, et foveat, et ad maturam bonorum operum perfectionem perducat. simul cum illustrissimo nobis patre nostro ill. et nobis remissionem peccatorum donans in æternam requiem cum sua pace recipiat. Amen.
Monrium SS. Cassi et Florentij, quod attinet, illud nosq sub Archiepis Coloniensibus stetit, quorum septem in Codice nostro pag: prædicta notantur: Herriman, Wicfeed, Beun, Folchmar, Gero. Warin., Evergerus, qui initio cathalogi Frum *

* scribitur; hic Gladbacense monrium à Gerone antecessore suo constructum in Coloniense S. Martini ad Scotos coenobium transferre voluit, atq inibi Canonicos residentes inde exturbare, sed visione quadam territus, ut habent Añal: Bened: T. IV. pag: 28. eos in pristinum Gladbacense monrium restituit simulq illud restauravit: è Gladbacensi antea monrio sacras reliquias ad S. Martinum transtulit, quæ fors fuerint SS. Cassi et Florentij, unde Gladbacense monrium vel S. Martini tunc nomen assumpsit. Dicti Archiepi omnes seculo X. in vivis extitere.
Pag: dein CXXXVII. Seculi X. manu incipit formula Professionis monasticæ consueta sub Waltone Abbate, qui a° 814. devixit: quam formulam integram refert Cel. Gerbertus noster in Itin: Alem: pag. 271 et seq. cui subjunguntur nomina monachorum, de quibus antea. Insequenti demum

Pag: CXLIX. Nomina Fratrum de Monasterio, quod dicitur Duellium.

Duellum, vel Duellium (Hohentwiel) arx Ducis Wirtembergensis nunc munitissima in edito monte, non prope Witingam, ut habet Mabill: T. III. p. 227. sed propius Augiam posita, jam seculo nono firmum erat receptaculum varijs nobilibus, et decimo seculo sub Ottonibus propter Hadwigam Henrici Sueviæ Ducis filiam, Burchardiq itidem Ducis viduam, multumq in Ottonum aula valentem, percelebre: ubi hæc ipsa Hadwiga monasterium construxit circa medium seculi decimi Ekardo Jun: teste apud Goldastum pag. 84. T. Part. Iᵃᵉ + cui monerio Dominus Abba Waldfredus, quod notat Codex noster primò præfuit, ut ego quidem opinor; contra, quàm scribit Mabill. loco supra citato dum ait: Hadwiga Duellij monerium suum vocare videtur, quod tamen longe ante conditum fuisse Waldfredi Abbatis ætas probat: nam si testimonio Ekkehardi, quem et ipse citat Mabillon, fides, Hadwiga monerium in monte condere cœpit; habet enim pag: mox cit: sequentia: nam jam (Hadwiga) monerium in monte statuere cœperat; ergo ante Hadwigam monerium in monte non stetit. An verò Waldfredi abbatis ætas vetustior sit, atq cum Mabillonio ad annum 880 retroferenda? testimonium quoddam et rationem à clar: viro postularem, cujus nullam reddit. Hinc tam originem monerij hujus quàm Waldfredi Abbatis ætatem circa medium seculi X. securius statuendam opinor. Waldfredo successit Walzmann, quem año 968. præfuisse constat ex eodem Ekkehardo loc: cit: p. 95. edit. aº 1606. Mabillonius equidem Ekkehardum falsum in nominibus proprijs afferendis judicat, si Hepidanni Scriptoris itidem S. Gallensis affixio anni 968 recta sit, cum eo tempore non Ruodmannus, sed Eggehardus Augiæ præfuerit; sed si vir eruditus in uno credit scriptori Hepidanno, in altero quoq eidem credat necessum est: statim enim ante añum 968. quo posuit visitationem monerij S. Galli, año nempe 967 hæc leguntur: Ruodman Abbas Augensis nocturnus claustrum intravit et quo machinante aº 968. adventus et imissio 8. Episcoporum etc. vel igitur Hepidannus in epochis falsus, et Ekkehardus in nominibus sincerus, vel Mabillonius erit corrigendus.

+ Scr: Alem:

Sed forte hic nominis similitudine fuit deceptus, dum putavit hunc Waldfredum eundem esse cum Walafredo Strabone Augiæ Abbate, qui absq dubio medio jam seculo IX. vixit.
Cæterum Clar: Bucelinus Chron: MS. p. 158 hæc habet: Stain die Abbtey und Closter auf Reichenau ist hievor auf dem berg Thwiel (Duell.) gewesen, da [illegible], aber die Zeit Kaiser Heinrichs Anno 1005. ist hinab in die Statt gekommen.

Pag: CLIV. Nomina Fratrū de Monaste-
rio S. Antimi martyr.
S. Antimi monrium in Clusino Italiæ, tempore
Caroli M. erectum Bosonem Abbatem, qui in
Codice nostro apparet, habuit ad finem sec. X
qui et circa sec. XI. initium apud Henricū
Imp. contra Episcopum Clusinum querelas
movit, ut in Anal. Bened. T. IV. pag. 188.
legere est.

Priusquam ad Augiensis Codicis
explicandas Canonicarum Sedes et
Ecclesias in eo contentas accedamus,
Lectori non incongruum, minusq accep-
tum videbitur, si quædam adhuc
Monasteria in S. Gallensi ejusdem ferè
ætatis codice reperta explanare suscipi-
mus, quorum pag: 4.
Imu est Nomina Fratrum de Turonis.
Turonense monasterium non unum est, sed 5.
inter quæ præcipua duo ab ipso S. Mar-
tino ejusdem urbis episcopo sub initium
seculi VI. constructa; ~~[illegible]~~ primum cond
in suburbio civitatis, # alterum magis inde — # monriū majus dictum
remotum inter aspera montium posuit.
In Codice S. Galli Fridegisus abb. primo
legitur, ille omnino, qui postea quoq Ss.
Audomari et Bertini monrio præficie-
batur: quiq ut Mabill: T. II. p. 450. scribit,
fors monachos induxit, prout eos S. Bertini
redegit, ut anno 818. monrium hoc, quo nullū
ferè insignius insignius in tota Gallia, nedū
Europa, a monastico instituto ad Canonicū
prolaberetur: post mortem Fridegisi varij
Canonici sæcularesq Principes abbatiam
hanc obtinuerunt; donec tandem abbatia-
lis hæc, ipsi Francorum dignitati Regali
annecteretur, cum ambo monria uno post
abbate regerentur, quasiq conjuncta essent.

Pag: 28. Nomina Fratrum de Mon̄rio Rinawa.

Rinowa, Rinawa, Rinkowa, Rinaugia, Augia Rheni in vetustissimis Seculi IX. chartis audit monasterium etiamnunc celeberrimum, in Insula Rheni fluminis, qui locum hunc amoenissimum ter quaterve circumluit, situm, à Wolfhardo, ut tradunt, ex nobilissima stematis Guelfici prosapia oriundo, seculi jam VIII año 78. exstrui coeptum, dein verò penè stirpatum, à Wolvene (ut loquuntur Diplomata) ejusdem Guelficæ stirpis surculo restitutum ac instauratum fuit medio ferè seculo nono.

De hoc insigni coenobio, quod ab ipsa suæ restaurationis epocha intimum nexum habuit cum nostro Divi Blasij asceterio, atq hodiedum arctissimè custodit, paulò fusius disserere libet. Multis enim tenebris hactenus obvoluta erāt Rhinaugiensis monasterij primordia, dum tandem nr̃o hunc tempore conatu nunquam satis laudando eas dispulit, lucemq multam affudit Cl. ejusdem coenobij Prior modernus P. Mauritius Hohenbaum van der meer, qui primò Consodales suos erroneam illam opinionem dedocere adlaboravit, quod à Kyburgi Dominis atq Comitibus fundata sit Rhenaugia, ostendens non à Kiburgicis, sed à Guelfis comitibus fundationem provenire: Tum verò insitum suis alterum præjudicium, quod quidem abstergere et alij, sed incassum tentarunt, feliciter ademit: Sanctum nempè Fintanum Tutelarem Rhenaugiensem non jam seculo VIII ad Wolferadum, sed medio postea seculo IX Wolvinium accessisse, et hortante hoc año 851. in Rhenaugiæ monasterio recens instructo monachum induerit. Tandem et deniq præoccupatos eorum animos eò deflexit, ut præstabilitam illam trium Abbatum seriem Wichrami scilicet, Wolveni et Antuarti, quos initio seculi IX. præfuisse falsò statuerāt, nunc relinquerent, atq Codici San-Gal- chartisq
-lensi conformius ad medium atq ultra illius seculi eorum vitam et regimen producant.

Vid. P. Muos de Iure Advoc: Tutel. p. 8 etc. Item P. Van der meer T. I. Millen: Rhin: C. I. p. I. etc. Idemq in Scholijs ad vitam S. Fintani.

Quapropter et nobis licebit in San-Gallensis Codicis catalogum Frum Rhinaugiensium paulò attentius indagare, ut ex eo quædam tum pro Historia Rhinaugiæ, cum S. Blasij eruamus, quæ Diplomatibus atq Chartis, quorū originalia ipsimet inspeximus, consentanea invenimus.

Wichram igitur Abba primus scribitur in catalogo Codicis, cujus scriptura vetustior non est, quam seculi noni, et adolescentis quidem sub Ludovico Imp. ~~Wifredi~~ regimen año 885 durabat, quo hic cum Monerio San-Gallensi confraternitatem inijt, ideoq primus in codice vivensq inscriptus. Secundus apparet Wolvine abba, qui hac in dignitate Wichramum præcessit año 878. mortuus, cujus antecessor fuit Antwuart abba, tertiò loco notatus, quorum abbatum ordinem manifestè probant Chartæ sub eorum regimine confectæ, quarum enim auctoritate Antwuartus anno 856, plus minusve præfuit: habet enim Charta nrō V. ubi abba Antwart præesse videtur XI. K. Oct. die Dominicô regnante Ludovico rege. Sed disputant sese inter Rhenovienses ipsi,* quo año hæc Charta scripta fuerit sub Ludovici Germanici regnô, tacente Chartularij scriptore, et non addente, quod aliàs consuevit, Romani Pontificij anū. Omnes, et recte, ex die Dominico, sive littera Dominicali rem decidendam ajunt; littera verò Domlis XI Kal. Oct. sub Ludovico Rege erat E, quæ occurrebat año 844. 850. 861. sed nullo idoneo documento probari potest Abbatem aliquem præfuisse Rhinaugiæ ante annum 852. quo Ludovicus Rex, cognomento Germanicus, ad petitionem Wolveni restauratoris Viri Nobilis, Gozbertum quemdam monachum Abbatem constituit, ergo sub eodem Rege año 844. et 850. Antuartus abbas non fuit, sed neq año 861. esse potuit, cum annô 858. Wolwenus restaurator ipsissimus abbas jam fuerit, vocatur enim in Diplomate, quod Ludovicus año 858. Francofurti Rhinaugiæ concessit, Vir venerabilis, nomine Wolwene, titulus[+] à principibus monasteriorum abbatibus dari solitus, quod Ludovici ejusdem regis exemplo patescit, qui in Diplomate anni 852. Folcuinum, venerabilem abbatem Augiensem nominat, atq aliàs notum est: inde sequitur scriptorem Chartularij errorem in

* P. Geroldus Müller, in notis ad Chart:
P. Beatus Muos de Jure Advoc: Tutel:
P. Mauritius van der Meer in Mill. Rhen:

+ vel Episcopis

efformando numero XI. comisisse, quod
equidem ejusmodi Scriptoribus centies
contigisse in aperto est, atq vel unitatem
omisisse, vel incongruenter adjecisse,
vel demum translocasse, ità, ut vel nūm
IX. vel X. vel XII. scribere debuisset,
quo annus 854. aut 855. 856. occurre-
-bit, atq sic recto ordine Antwartus
inter Gozbertum et Wolwenum posi-
-tus veniret. Scriptor sanè ipsius Char-
-tularij de año assignando dubitasse vi-
-detur, aliàs, ut consuevit, Pontificis aūm
adjecisset.
De Gozberto abbate similiter differunt
Rhenovienses, dum quærunt, quis ille?
et quo de loco vocatus vel assumptus
fuerit? Monachum fuisse à Wolweno
et à fratribus electum Diploma loquitur;
ex alio monasterio postulatum esse
Singuli conveniunt disceptantes, dum
hi ex augia, alij è S. Gallo, alij ex alio
loco ipsis ignoto+ autumant, infirma vero
conjectura: primi namq Folcuinum
Abbatem Augiæ, Concilio Moguntinensi
adstitisse, dum Ludovicus Rex Gozber-
-tum Abbatem Rhenaugiæ crearet,
ut amicum, et Benefactorem, qui Rhi-
-naugiensibus monachum quemdam
è suis Gozbertum concesserit; alij,
qui è S. Gallo eum inferre volunt, nar-
-rant+ Sacrarium, id est, Sacristam quem-
-dam in S. Gallo Gozberti Abbatis# ne-
-potem, tum temporis vixisse mona-
-chum, cum quibusdam subscripsisse
Chartis San-Gallensibus, in Bobio illum
exstitisse, inde miraculo servatum S.
reliquias in Germaniam transtulisse,
notum fuisse Wolveno, posthac vero nihil
in actis San-Gallensibus reperiri:
ergo, concludunt: hic est ille Gozbertus,
quem Fratres Rhenovienses et cum
illis+ elegerunt Abbatem, atq à Rege
Ludovico confirmari supplicarunt:
Sed quæso! cur Gozbertum in tenebris quæ-
-rimus, cum eumdem in lumine habemus?
in chartis nempè: cur illum aliunde po-
-stulamus, cum jam ante absolutam re-
-staurationem, scilicet ante añum 852.
Rhinaugiæ esse potuit? constat enim
ex charta Rinlozi, quæ condita fuit
año 844. monachos jam fuisse Rhinaugiæ;
habet illa: per concessionem* Gozperti Comi-
-tis, et consensionem Fratrum Monasterij,
quod dicitur Rinaugia: quæ super verba

+ vocatum

+ Gozbertum
# S. Gallensis

+ Wolvenus

* Charta hæc ipsissima apud P. Herrgott N. LIII. T. I. prob. geneal. Diplom. p. 26. habet: per cessionem.

tentamen aliquod subire operæ pretium erit: sunt enim aliqui Rhinaugienses qui putant Gozbertum jam fuisse abbatem[a], dum huic Chartæ subscribe-ret, licet Comitis titulo; alij verò Ad-vocatum monasterij fuisse arbitrantur[b]. Utriq veritatem nondum attigisse vi-dentur; priores enim in eo falli cre-dimus, quod tum jam et ante annum 852. quo confirmatorium Abbatis Gozberti Diploma à Rege Ludovico editum fuit, Gozbertum Comitem Abbatem exstitisse putent, atq hinc Chronotaxin alterent, ut Chartam hanc ad annum 853, submo-vere possint. At si Charta hæc post con-firmationem Abbatis data esset, certè Gozbertus se scripsisset Abbatem, prout in sequenti Charta talem se scripsit, quæ reverà condita fuit anno 853.

Dubium P. Geroldi Cl. viri, non mo-ror, qui dissidijs* adhuc fervisse anno 844. volebat; at annne enim 842. quo pax inter fratres Ludovici Pij Imp. filios Virduni composita fuit, omnia membra erant in pace.

Posteriorum sententia ex eo mihi non probatur, quod Gozbertum Comitem Advocatum Rhenaugiensis Monrij anno 844. fuisse confidenter asseverat: eo enim tempore Wolverus, magni nomi-nis potensq Vir, Dominus loci Rhinau-giæ et restaurator erat, atq inde pro-prius Advocatus: ejus porro assen-tiam et substitutionem Gozberti ~~sub-stitutionem~~ fingere hic non convenit: quia* Comitem pagi, in quo sita erat Rhinaugia, nempe Turgoviæ Adil-bertum substituisset.

Dicam ergo, quod mihi persuasum ha-beo: Charta hæc data est in villa Louch-ringen in comitatu Adilberti, in pago Cleggowe, qui olim cum Turgoviæ pago ab eodem comite judicabatur, per con-cessionem Gozberti comitis, et consensio-nem fratrum: tenor autem Chartæ ha-bet concambium inter fratres cum quodam Rinloz initum, quo hic bona sua in Louch-ringen Cleggoviæ pagi villa fratribus Rhinaugiensibus; hi verò Rinloz bona sua in pago Alpegoviæ et villa Tezzilin-heim comutarunt. Gozbertus ergo erat Comes Alpegoviæ, per cujus concessionem hæc Charta concambij fieri debuit, atq inde tum temporis propter hanc conces-

-sionem

a. P. Geroldus Müller in notis ad 154 Chartar. Rhenov. MS.

b. P. Mauritius van der Meer, in Millen: Rhenov. pag. 60. T. I. MS.

* inter Wolveri agnatos

* Wolverus

concessionem vel Abbas vel Advocatus Rhinaugiæ minime censendus.
Verum quid jam de Charta III. qua Thieto Presb: cum monrio Rhinaugia comutatis inter se quibusdam agris in eadem villa Ratmundinga, nunc Rafsruding, Turgoiæ pagi loco, concambium iniit, dicemus? in hac enim disserte scribitur Gozbertus comes atq abba ejusdem Mrij cum consensu fratrum mihi alterum agrum dederunt: in comitatu Adilberti año regni Ludovici XI. qui incidit in añum Christi 853.* quo Gozbertus quidam jam Abbas fuit, utpote à Rege añö praecedente confirmatus
res non una difficultate est obvoluta: nam si eo tempore Gozbertum Comitem simul et abbatem fuisse dicis; obest 1mo diploma Ludovicianum, quod Gozbertum monachum quemdam nominat, monacho autem titulus et officium Comitis non competit; 2do verbum dederunt duas personas involvit, nempe Comitem et Abbatem; cujq abbatis nomen scriptor Charta ob similitudinem nominis reticuisse videtr, ne scilicet Gozberti nomen repeteret; sic: Gozbertus comes, atq Gozbertus abba. At si verò duplicem personam Comitem et Abbatem dicas? ad quid quaeso: Gozberti Comitis persona in hoc concambio, quod factum est non in suo, sed in alieno territorio, Adilberti nimirum comitatu? alia erat ratio in Charta priori, qua Gozbertus se comitem scripsit, et concessit concambium cum bonis in villa Tezzilinheim Alpegoviæ pago, cujus ipse comes erat, ut antea monui, factum: in Turgovia autem nullum fuit jus Gozberto, sed Adilberto comiti.
Sed, inquis, fors Gozbertus Comes eo tempore advocatus Monasterij fuerat? verum contra est, quod tunc Wolvenus Loci, id est, Rhenaugiæ Dominus, haereditarius tutor, et Advocatus extiterit, nulliq hoc juris cesserit, donec et ipse monachus, et Abbas est effectus, ut egregiè defendit P. Hohenbaum; in Mem: Rhen: C. VII. Sec. I.
Quid in hac ambiguitate sentiendum, non facilè definiverim: porro si Chartas, si Diplomata non torquendo interpretari, si adscitium Gozbertum primum Rhenaugiæ Abbatem solis conjecturis stabilitum

* Herrgott. p. 29. l. c. habet 52.

155

non attendere, sed instrumentis publicis eo tempore datis initi velimus, historiamq planam reddere, veritati proximior mihi apparet opinio P. Geroldi, qua Gozbertus Comes ille, qui concessit concambium Rincoz in Terzilinheimb, año 844. is ipse fuerit Comes atq Abba, a Wolveno et Fratribus electus et año 852. à Ludovico Rege confirmatus, qui dehinc Abbatiali potestate concambium Thieto in villa Razmundingen ratihabuit, statuitur.

Existimo enim Gozbertum hunc Alpegoviæ Comitem renascentis Rhenaugiæ Monasterij singularem fautorem fuisse, cujus suasu et favore, hoc enim innuit vox concessio apud du Cange in Gloss: ; Rincoz cum Mõrio prædictum concambium inijt, ità quidem, ut simul Benefactor existeret, quia tradidit res proprietatis suæ in Louchringen, et illa bona, quæ accepit à FFribus Rhenaugiensibus in Terzilinheim ad dies vitæ tantùm retinuit, atq post mortem in jus hæreditarium Mõrij reliquit.

Tempus intra hoc, quod à data Charta año nempe 844. usq ad añum 852. defluxit, suspicor valde, et alias duas conditas fuisse chartas N.ro IV. et V. notatas,* nam et illæ insignes quasdam dotationes in Alpegovia sitas Rhenaugiæ tribuunt, de quibus paulo infra.

Gozbertus itaq, ut opinor, his in añis vel motu proprio, vel inductione Wolveni et Fratrum, monachum induit,* ut eum in Abbatem eligere possent, atq hunc Regi ad confirmandum præsentarent: quales inopinatas mentis quandoq mutationes Principum, Ducum, Comitum, Nobilium in se manu Domini factas, sexcentis medij ævi exemplis, imò duobus Rhenaugiæ domesticis præcipuis, quæ in Wolveno ipsissimo, restauratore, atq in Gozberto II. Comite III et V. Rhenaugiæ Abbatibus acciderunt, non uno loco deprehendimus.

Ità San-Gallenses monachi, cùm adverterent Salomonem III. Episcopum Constant. Abbatiali S. Galli dignitati inhiare, non suadebant tantùm, sed adigebant etiam ut monachi habitum susciperet, sicq postea in Abbatem regularem eligi posset.*

Quodsi verò Gozbertum ante añum 852. monachum Rhenaugiæ factum credideris, tunc cohærebit Diploma Ludovici Regis qui monachum quemdam nomine Gozbertum à Wolveno et à fratribus electum Abbatem constituit: sicq Gozbertum Alpegoviæ Comitem in Abbatem electum et à Rege confirmatum habebit.

* in reflex: P. Gerol. Müller ad Chartarium

* ità Wolvenus etiam ante datum Diploma Regium, scilicet a.o 851. S. Fintanum in proprio suo mõrio, Rhinaugiæ, monachizari fecit.

* Eckehardus Jun: apud Goldast.

48 Volunt equidem Rhenaugienses vocula
illa quemdam, monachum exteriorem
et non ex gremio Rhinaugiæ ad Abba-
-tiam assumptum designari: at verò, quid?
si scripsisset Ludovicus monachum quemdã
Rhinaugiæ, tunc etenĩ nemo dubitasset:
Sed nunc, dum locum monachi non expri-
-mit, vocula quemdã illico extraneum
quemdam monachum indicare debet ex
alio Monrio assumtum, vocatum, postu-
-latum, quem tamen in eodem Diplomate
Wolvenus restaurator à se et à fratribus
electum asseveravit, quod potius inter-
-num, quam externum monachum innuit.
Attamen non possem non assentiri Rhenau-
-giensibus, si modo unicum quoddam
vetustioris ævi instrumentum, chartam,
Necrologium, Kolendarium, proferrent,
quo Gozbertus monachus quondam vel
Augiensis vel San-Gallensis scriberetur
abbas, sed ex eo tantum, quia Folcuinus
Augiæ Abbas concilio Moguntino, quo
Gozbertus renuntiatus est Abbas, inter-
-fuit, et Grimaldus S. Galli Abbas sub-
-scripsit, statim inferre; ergo Gozbertus
vel monachus Augiensis vel San-Gallen-
-sis fuit, infirmissima mihi conjectura
videtur: verùm pro San-Gallensis Monrij
honore insistunt alij* narrantes: Sub
Gozberto Abbate San-Gallensi medium
circa seculum IX. vixerunt duo Gozber-
-ti ejusdem monrij monachi, quorum
alter ad Præposituram est evectus, alter
verò junior sacrista, quò devenerit? acta
silent;* imò, ajunt, in libro FFum conscri-
-ptorum Monrij S. Galli, qui exhibet serie
Abbatum et monachorum Rhinaugiensiũ
desideratur nomen Imi Abbatis Gozberti,
non alia de causa, ut putant, quàm, quod
San-Gallensis monachus fuerit, atq hinc
inter Confratres jam numeratus; unde
concludunt conjectura sua, Gozbertus Ius
Rhenaugiæ Abbas è S. Gallo, per Wolvenũ
et fratres est electus atq in Abbatẽ à
Rege Ludovico sublimatus.
Ego econtra pro honore ipsius Rhenau-
-giæ pugno, chartis, historia, convenien-
-tia armatus: nam chartæ loquuntur,
septem vel octo añis prius, quã Diplo-
-mate regio Gozbertus Abbas constitue-
-retur, año nempe 844. conventum mo-
-nachorum Rhenaugiæ jam extitisse,
eorumq vel Advocatum, si velis dicere,
vel certè fautorem maximum Gozbertũ
Comitem fuisse; Charta insuper N.ro IIIia
si recto ordine sit posita, Gozbertum

* P. Hohenbaum in Millen: Rhenaug.

* Cens: quæ superius N.

Comitem atq Abbatem dicit año 853. unico posteriori, quàm a Rege fuit confirmatus, atq à Wolvero et à fratribus electus: Quid obest? ne hunc in Chartis nominatum primum Rhenaugiæ Abbatem fuisse cedamus? Obesse putant aliqui, quod eo tempore insuetum fuerit Comitem simul atq Abbatem agere: deinde opponunt, quod supra, verbum dederunt duplicem personam indicat, et Gozbertum Comitem, atq Gozbertum Abbatem; tandem, ajunt, cur in Cathalogo San-Gallensi desideratur primus iste Abbas, positis cæteris, si non aliunde vocatus?

Ultimum hoc negotium mihi non facessit; respondeo enim, quod Gozbertus Abbas primus ideo fuerit omissus, quia brevi admodum tempore regimen tenuit, namq vel año 853. vel certè 854. jam mortuus, eique Antwart Abbas successerit; sic in Codice FF.rum Conscriptorum Augiensi omissi sunt inter Audomarum, id est, Othmarum, et Werdonem Abbates, Ruadpertus et Waldo, non alia de causa, quod arbitror, quam quod brevissimè Abbatiam gubernarint, neuter nempè in años duos.* Priora duo autem non ineptè explicabo; si dixero, Gozbertum Comitem fuisse appellatum vel honoris causa, ut scirent posteri, primum Abbatem Comitem extitisse, vel et officij gratia; Carolingicis namq temporibus Episcopos, Abbates, Præpositos tam Regulares, quam Clericos Judiciariam potestatem exercuisse constat ex Capitul: Caroli M. Legib: Ludovici Pij etc. apud Desing Aux. D. Reichsgrundfeste P. I. fol. 356. et seqq. Missorum certè Dominicorum munus Episcopis atq Abbatibus collatum non semel legimus, id quod ipsum verò summam Judicandi potestatem involvit, excepto sanguinis judicio; Officium Advocati Clericis concessum novimus, Vicedominos atq Præpositos Judicia sua habuisse scimus: quidni et Abbatem antea Comitem, hujus officium sustinuisse dubitemus, præsertim, ad tempus quoddam, quo tandem ab Imp: vel Rege alius pagi Comes fuerit proclamatus?** atq in hoc sensu fortè intelligendus pluralis ille numerus dederunt; nimirum cum consensu fratrum, quasi scriberet, Gozbertus comes et Abbas atq fratres dederunt. Sed quid moramur? dum constat, quantos ejus ævi errores à Scriptoribus comissos in Chartis legamus.

Dixi antea, me valdè suspicari, quod promovente hoc Gozberto duæ aliæ confectæ sint Chartæ, quas Rhenaugiensis Chartularij scriptor non suo ordine chronologico, sed

* Vid: Vadiani Chronol: apud Gold. T. I. P. I. Comes non Turgoviæ, sed Alpegoviæ

** Hujus rei exempla non desunt; leges enim apud Bruschium in Chron: Monast: Germaniæ pag: 513. et 514. Adelardus Epternaci Monrij in pago Trevirensi comes et Abbas, Robertus comes et abbas, Reinerus Comes et abbas etc. et apud Mabillon: T. III. Añal: pag. 83. Adelardus abbas atq Comes &. Et tandem vera in Charta LV. l.c. apud Herrgotum, alius jam invenitur Alpegoviæ Comes, nempè Albarichus año 854. Imò et hoc apud eumdem T. I. Geneal. Diplom. Prol. sexto Tab. I. Duc. et Com. adverti: quod versatissimus in Chartis Vir iste opinioni meæ absq ulla hæsitatione jam dudum accesserit, cùm dicta tabula inter comites Alpegoviæ Gozbertum ponat eumq Abbatem postea factum Rhinaugiæ ex ipsissimis duabus à nobis superius adductis Chartis probat:

Sic:

Sub Ludov. Germ.	Gozbertus, fil. Abbas Rinaug.	844. n. XLIX. 852. 4. Maj

Confer P. Rusteni Anon. denud. pag. 337. in notis infer. marg. ubi Gozbertum II. Rhenaugiæ Abbatem, munus Comitis simul obiisse conjicit.

Sed prout in Diplomate Regis Ludovici
dato 858. invenerat, posuit; Chartæ verò
ambiduæ continent possessiones in Alpe-
-govia sitas, et Rhenaugiæ traditas, quarũ
prima erat Mettingen, hodie Fürstenbergicæ
ditionis, inter Krenkingen et Eggingen,
altera autem Cella Alba, hodiernum scilicet
D. Blasij Monrium, cujus me indignum
monachum profiteor, à Sigimaro No-
-bili Viro Rhenaugiæ incorporata
medio + nono seculo; cujus recensio qua-
-dam ex vetustiori Codice MS. Bibliothecæ
Rhenaug: descripta, et Chartulario inserta
fuit; * cumq Chartularij scriptor annum
traditionis non inveniret, sed verba illa
Sub Rege Ludovico, cellamq simul Albã
ab eodem Rege confirmatam año 858.
in diplomate legeret, satis fidenter recen-
-soriæ Chartæ huic añum I. Nicolai Papæ
adscripsit, qui eodem año ad Pontificatũ
est assumptus: verùm erroneè à scriptore
actum ipsi fatentur Rhenaugienses, qui
Cellæ Albæ traditionem ad añum 856.
rejiciunt, quam ego priori adhuc tempore
factam et antequam primum Abbatem
haberet Rhinaugia, ex eo conjicio, quod
in recensione nullius Abbatis fiat mentio,
cujus tamen planè interfuisset añuere,
ut Cella hæc incorporaretur suo Monrio;
solius autem Wolveni in ea prodatur
añuttus, non ut Abbatis, sed ut hæredita-
-rij Tutoris: añuente Domno Wolvene
loci hæreditario tutore.

Inde est, quod putem, Cellam Albam à
Sigimaro, vel agnato Wolveni, vel ejus
ministeriali, Rhenaugiæ fuisse traditã
intra años 844. et 858. ex eaq mona-
-chos adscitos Rhenaugiam vel aliquos
vel ferè omnes, ipsamq Cellam in Præposi-
-turam fuisse redactã: quod eo ævo comune
erat, atq etiam usq in seculum 13.um usuvenie-
-bat, quod passim apud Historicos legere est: *
Sicq ritè intelligenda venit recensionis Charta
dum habet: Sub confirmatione, id est, ad con-
firmationem regiam, tradidit ad Monrium
Rinaugiæ Cellam, quæ dicitur Alba, ab
Alba fluvio, ad stabiliendum inibi ser-
-vitium S. Mariæ; inibi super illum locũ
appellare debet, ubi servitium S. Mariæ
prius inchoatum erat, nunc stabiliendũ;
at patet ex Diplomate Regio Ludovici,
quod jam Prædecessores Wolveni constru-
-xerunt monrium, cujus nomen est Rhe-
-naugia, in honore S. Mariæ, atq Wolveng
restauravit in honore ejusdem Beatæ
Mariæ Virginis; non verò stabiliendum
erat servitiũ in Cella Alba, quæ jã in suo

+ fere

* Similem recensionis chartam exhibet
et nominat P. Herrgottus noster loc.
sæpius cit. ad an. 786. p. 10.
In Codice Laureshaim non unã tales invenies.

* Codex Laureshaimensis quatuor tales præpositu-
-ras monrio Laurissæ incorporatas adducit, unaq
earũ matrem, nempe Aldenmünster, primitivã
Laurissæ apellat p. 2. et 193. Michlenstat,
Abrinsberg et Niwenburg p. 272.
Paullinus in dissert: hist: variorũ Monast:
Dissert. III. habet: Corbejæ novæ à Lud: pio Imp.
24. abbatias fuisse incorporatas, et in præ-
-posituras redactas.
Ludovicus idem et Lotharius frater Capellã, quæ in castello
dicitur Heresburg, Monrio, quod Corbeja vocatr
ad subsidium monachorum ibidem Deo famu-
-lantium donavit; in Heresburg antea a.o 771
Carolq M. insigne collegium monachorũ familiæ
S. Benedictinæ instituerat, quod dein à Ludovico
Corbejæ novæ traditum est. Dissert. I. Paullinus
§. III.
Adde Burchardũ, apud Gold: Hartmañũ in
añal. Einsidl. cæteros.

[v]igore ante restaurationem Rhenaugiæ fue-
rat, atq nunc eidem Rhenaugiæ a Cellæ Albæ
Domino, Sigimaro tradita legitur ad stabi-
liendum servitium S. Mariæ in Rhenaugia
coeptum, atq a Wolveno ejusdem loci hæ-
reditario Tutore restauratum.
Stabilire autem servitium non semper innuit
religionem[r] monasticam introducere in locum
aliquem, sed eundem tam monachis
quàm possessionibus augere.: atq hinc
pro certò affirmare nolim, monachismum
Benedictinum per Cellæ Albæ incolas
Rhenaugiæ fuisse introductum, sed mona-
chis et possessionibus ditatum, tametsi
mihi dubium semper inhæreat, an non fors
primi à restaurationis tempore Rhenaugiæ
monachi fuerint Cell-Albani? Si certa
foret et epocha fixa traditionis Cellæ Albæ
vel ad añum 844. vel 856. nubes dubij
dissiparetur.
Dicere verò cum Rhinaugiensibus Cellam
Albam ideo fuisse traditam, ut in eam
introduceretur regula Benedictina, absonum
audiretur, Cella enim alba antehac in suo vigo-
re jam ~~antehac~~ stetit[t], ibiq monachi erant hoc
vel eremitarum nomine[t]; seculo namq nono,
atq priori monachus et eremita pari voce
veniebant, et plerumq vocitabantur illi mo-
nachi eremitæ, qui magis abdita et obstrusa
loca inhabitabant, nullaq alia monachorum
regula eo tempore in Germania agnoscebatur
quàm Benedictina, tametsi pro diversitate
locorum diversimode observata, unaq et
sancta passim nuncupata: ut quid ergo re-
gulam Benedictinam inplantare, ubi jam
vigebat? deinde servitium S. Mariæ stabilire
in eo loco, ubi inchoatum nescimus, inaniter
dicimus; verè autem stabilitum inibi, in eo
loco pronuntiamus, ubi inchoatum fuisse et
Chartis et Diplomatibus certificamur; quod
in Rhinaugia, non in Cella Alba factum mox
supra perhibuimus. Et quare tandem in-
troducenda fuisset disciplina monastica
in Cellam Albam? an quod Rhenaugia
Monasterij nomine veniat, hæc autem Cellæ
tantum vocabulo scribatur? sed Cellæ, Cellu-
læ etiam nomen, insignibus ~~quoq~~ Abbatijs
eo tempore in diplomatibus tributum
non semel, sed centies legimus:* Cella Oth-
mari, S. Galli, Sinthlacis cella, Cella S.
Meginradi, eremitarum cella, cella S. Petri,
Joañis, Remigij etc etc. quæ omnes non
modicæ famæ monasteria fuere.
His majoris claritatis causa fusius
explicatis, ad illud tempus devolvi-
mur, quo Reliquiæ S. Blasij M. è
Rhenaugia in vicinum saltum sunt
translatæ. Vicinum saltum cum

r tantùm

t et ante restauratum Rhenaugiæ
monasterium, ibiq etc

Vid. Mabill. Añal. T. I. II. et III. Añal.
Bruschius in Chron: Mon: Germ. Paulling
in dissert: histor: variorum monast:

52. PP. Bolandinis omnes interpretantur Cellam
Albam, de qua hucusq: Reliquiæ igitur S. Blasij
in eamdem Cellam, ut habet Auctor vitæ S. Findani* — * Apud Goldastu T. I. rer: Alem: Cap. VIII.
sunt transportatæ; quo autem anno translatio hæc
facta? inquiritur.
Praenosse hinc necessum est, quod S. Findanus
año 851. monachum induerit Renaugiæ
atq per 5. años coenobita vixerit cum
monachis ejus monrij, tum verò amore
solitudinis se includi postulaverit año
856.* Reliquiæ verò S. Blasij Roma — * apud eumd: Cap. I. ad finem
in Renaugiam allatæ año 858. priori
nimirum año, ut vitæ scriptor innuit, ante-
quam includeretur*: hæ demum reliquiæ, — * ibidem Cap. VI.
vel pars earum notabilis, in Cellam Albam
transportatæ, Fintano jam incluso, qui
desiderio tenebatur, ut præsens translocat-
-tioni esse posset, cui Deus satisfecit, ut in
visione nocturna proprijs humeris eas
in columbæ specie transportare putaret* — Ibid: Cap. VIII.
Añum hujus visionis translocationisq
silet vitæ scriptor, nihilq adducit præ-
-ter sequentia: „ Iterum in artissimo loco
constitutus, nempè inclusus, cum mane
diei futuri reliquiæ sæpe memorati Marty-
-ris, D. Blasij, ab eodem loco in vicinu saltu
deportandæ fuissent, præfatus Dei famulus
magno exarsit desiderio, ut ipsius Martyris
reliquias proprijs efferre humeris mereretur,
cum jam dudum in eodem loco, clausura,
positus voto se constrinxisset, inde nunqua
se exiturum .... eadem nocte visus est sibi
pontem Rheni fluminis transisse, colum-
-bam quoq humeris suis insedisse, et eam se,
ut cupiebat, humeris deportasse etc.
hinc certum translationis annum eruere
non possumus; illa verò verba: jam dudu
in eodem loco positus, tempus aliquod
plusculum interfluxisse insinuant, quo S.
Findanus ante translationem jam reclusus
erat: quapropter cum P. van der meer* pu- — * in Schol: ad vitam S. Find. C. VII. ad fin.
-tamus, ante annu 860. hanc non contigisse,
eamq attamen ultra vitæ terminu S. Findani
qui vel año 877. aut 878. certò secutus est,
differendam non esse: intra 60.um et 70.um
ejus seculi añum transportationem reliquia-
-rum factam ex eo judicat idem Cl. Auctor,
quod existimet* S. Findanum vel dispensatione — * Ibidem eod. Cap.
divina, vel Episcopi vel Abbatis sui voto
emisso solutum ex ergastulo reverà egressu
esse, atq reliquias illas humeris suis trans-
-portasse; fallitur autem, cum Auctor vitæ
disertè scribat: visus est sibi eadem nocte eas
humeris transportasse etc. ut verò dicam,
quod ego sentio, creditu haud difficile mihi
videtur, translocationem illam à Wolveno

158

Cap. VII.

Abbate ordinatam, postquam sic bona sua, aliaq. hactenus Rhenaugiæ donata à Rege Ludovico Germanico in mundiburdium regium suscipi, eaq. año 858. eidem monasterio, data Franconofordi charta (qua Cella Alba signanter est ānotata) confirmari fecisset; favet opinioni meæ, quod usq. ad añum 858. variæ possessiones in Alpegovia, ut Jezzilinheim, Mettingen, Alpfen, Waldkirch,† Rhinaugiensi Monrio fuerint donatæ, quæ, ut conservarentur, fructumq. ad meliorem adducerentur, pronum atq. utile fuerit Wolveno visum in Cellam Albam, quæ in eadem Alpegovia sita est, transferre quendam monachum, qui Præpositi officio et his possessionibusq. in Alpegovia acquisitis præesset, provideretq.: jam enim in anterioribus notavi, monachis ea ætate comune fuisse, ut cellas principaliori Monasterio incorporatas in Præposituras vel Prioratus comūtarent, easq. non parvo numero monachorum aliquando replerent, qui rei divinæ simul atq. œconomicæ insisterent, et scholas etiam erigerent, eisq. ad docendum præessent, tantosq. inde viros non semel extraxerunt, qui Monasteria præcipua, Episcopatus etc. ut regerent, dignissimi sunt inventi, hinc tales Cellas reliquiis etiam Sanctorum condecorare consueverunt, ut eorum patrocinio fruerentur, atq. majorem in monachis devotionem excitarent; arbitror sanè, ab eo tempore, quo reliquiæ S. Blasij in Cellam Albam sunt introductæ, hanc Cellam S. Blasij nominari captam *.

† atq. ea post etiam alia

Ut porro nunc et aliqua de beato Reginberto, in Diplomate Ottonis II. citato dicamus, rem aggredimur multis difficultatibus obnoxiam. Præcipua et prima hæc est, ex qua reliquæ haud difficulter superari possunt: an nimirum Reginbertus in prædicto Ottonis diplomate nominatus tempore dati et scripti diplomatis jam mortuus fuerit, an vero inter vivos adhuc extiterit? ansas huic quæstioni præbent verba ipsius Imperatoris in diplomate adducta: Qualiter nos cellam in silva Schwarzwald à beato Reginberto noviter constructam, Deo et Scō Blasio cum locis circumjacentibus..... in proprium tradidimus.... eamq. eidem Scō Viro, qui primus ibi habitare cœperat, atq. omnibus ibidem Deo servientibus libere et quiete possidendam :. concessimus. Prioribus ex verbis colligi posset, Reginbertum Hæremitam jam dudum vita fuisse defunctum; nisi

* Sic enim habet Scriptura Sæc X. in Scrinijs Rhinaugiensibus asservata: Cella Alba, quæ nunc S. Blasij dicitur: Sic Otto II. Imp. fors et antea Otto I. Cellam in silva Schwarzwald à beato Reginberto noviter constructam Deo et S. Blasio tradidit año 983.

P. Herrgottus noster in notis ad Elogia Abbatum San-Blasianorum à P. Pankelio Poeta Laur. elegiacè conscripta, in Beringero cit. f. Scripturam prædictam seculi IX. adulti æstimat: titulumq. S. Blasij impositum jam ineunte eodem seculo putat; sed erronee, à Goldasti enim, quem citat, editione vitæ S. Findani, quæ hunc año 801. Rhenaugiam advenisse nominat, cum tñ nunc etiam inter ipsos Rhen. constet, quod ille año 851 postea Rhenaugiæ monachum induerit.

p. 54. Nisi obstare viderentur verba Diploma-
-tis posteriora: eodemq eidem Sancto Viro,
qui primus ibi habitare cœperat, atq omni-
-bus ibidem Deo servientibus libere et quiete
possidendas tenendamq concessimus: quæ
Reginbertum tempore dati Diplomatis
vivum fuisse innuere possunt, cu certas
eidem Sto Viro (Reginberto) atq omnibus etc
possidendas concedat Imperator.

Quodsi verò rem ipsam atq tenorem et con-
-textum Chartæ diligentius perscrutamur,
veritati conformius esse patefiet, quod Regin-
-bertus eo tempore inter vivos amplius non
extiterit; et primò quidem, quia in Charta
nihil de Reginberti præsentia, nihil de ejus, vel
alicujus Abbatis, aut majoris personæ rogatu,
vel obtentu legitur; unicum verò illud memorat;
pro remedio animæ nostræ, et instinctu fidelium
nostrorum, quorum neq unicum nomen
memoratur: id quod tamen in 600 et
pluribus Chartis, quas legimus, Impe-
-ratores Regesq facere consueverunt;
suspicari ex eo igitur non inaniter licet, vel
Ottoni II. aliud quoddam Ottonis I. genitoris
sui instrumentum exhibitum, quod ipse sua
auctoritate confirmaret, vel tale à Patre
ab ipso Reginberto prius petitum, sed
hujus morte interim subsecuta intermissu
fidelium Imperatoris recordatione et in-
-stinctu à filio Ottone II. tandem obtentum
fuerit: eò certè collimare videntur verba
Diplomatis: legitimè confirmavimus: non
enim facilè in Chartis Regijs invenies, eos
fuisse usos nota legitimæ confirmationis,
nisi donatio vel traditio aliqua aut à Rege
Prædecessore, aut a Nobili quodam facta
præcesserit: termini enim in ejusmodi dona-
-tionibus regijs perpetuò sese usitati erant:
tradimus, offerimus, largimur, concedimus,
donamus, transfundimus etc. in ijs vero, quæ
ab antecessoribus, vel ab alijs facta sunt, confir-
-mationis verbum apparet: e.c. statutum Caro-
-li, et Ludovici unacum nostra confirmatione; — P. Muos in Adv. Tut. p. 47. et 24. Sub Ottone I.
quod auctoritas regum defensavit, et denuò — Codex Laureshaim. ex edit. Mañhem. p. 23.
confirmavit; nostris auctoritatibus confirmare — p. 39. p. 83. Confer. Herrgotti Diplomata
quæ genitor noster etc. ut præcepta antecesso — T. II. Geneal. Dipl. Mabillon. in append.
-rum per omnia confirmaremus etc. inde est, — ad Añal. Bened.
quod arbitremur nostrum Ottonis II. Diploma
aliud quoddam à Patre Ottone I. datum præ-
-cessisse, quod Otto dein hujus filius ultimo æta-
-tis suæ año legitimè confirmavit mortuo jam
et inter superos vivente Reginberto; talem enim
2do Otto II. in suo diplomate nominat atq
deprædicat, vocando eum beatum Heremitam,
sanctumq virum, quod de vivis dici difficulter
invenies: imò ipsissimus Otto II. S. Meinradum
jam seculo priori occisum Venerabilem duntaxat — apud Herrgottum l.c. p. 87.
Virum nuncupat. Verum
3tio etsi velis, vim Chartæ inferendo, Regin-
-bertum año 983. viventem fuisse, ejus tn

contenta reliqua non combinabis, nisi duos Reginbertos statuere volueris; quo modo enim intelligenda venient illa, à beato Reginberto haeremita cellam in Silva Schwarzwald noviter constructam Deo et S. Blasio etc. atq etiam paulo post subsequentia: eidem Sancto Viro, qui primus ibi habitare coeperat etc. hac enim narratione aperte nobis dicitur; quod beatus Reginbertus ante annum 983. cellam in Silva Schwarzwald noviter, id est, de novo construxerit, atq in ea primus habitare coeperit:
Quis jam nobis temporis epocham constituet? qua Reginbertus cellam Deo et S. Blasio construere, atq in ea, ibi, primus habitare coepit? non dices, arbitror, fortassis statim ante annum 983. dabis enim temporis moram, qua aedificium suum consumare potuit, dabis aetatem, qua beatitudinis sanctitatisq famam sibi ~~ving~~ conciliare valuit, assignabis tempus, à quo primus ibi habitare coeperat? atq si cuncta haec unacum juvenilibus Reginberti annis 50. tantum aetatis suae spatio concludas, tum demum sciscitaberis, quo tandem post 983. anno Reginbertus iste fuerit vita functus? quam circa mortis epocham documenta nostra domestica certi nihil statuunt: Anonymus Libri Constructionis, ut vocamus, auctor, scriptor sec. XIV. nullum annum, sed IV. Kal. Janu. ~~nullumq diem~~ ponit, sed mortem Reginberti accidisse, postquam vetus Monrium fuit dedicatum año 1036. Hanc si amplecti velis epocham, simulq año 983. sub Ottone II. Reginbertum velis vivum, eiq tunc dederis aetatem 50. duntaxat annorum habebis portentosum ultra 100. annorum senem. Joannes de Ochsenhusen noster sec. pariter XIV. scriptor, qui brevem suam Chronologiam Abbatum se ex alia charta ex incendio relicta, sed à feris rupta et lacerata, quae invenire potuit, conscripsisse commemorat eumdem diem emortualem assignat, annum vero itidem silet; IIII. Kl. Januarij obijt domnus Reginbertus fundator loci istius: sed, quod nothandum, in eo differt ab anonymo, quod dedicationem veteris Monij postponat morti Reginberti, secundo loco scribens: Anno Domini MXXXVI. dedicatum est vetus monasterium sub Beringero pre.
Joannes igitur non temere affirmavit obitum Reginberti post an. 1036. accidisse, sed potius innuere videtur eumdem jam antea demortuum. Ita quidam sentire coeperunt nostrates, Casparus Abbas in libro Originum sec. XVI, et dein ejus sequaces, statuentes epocham mortis Reginberti ad annum 964. cui convenit inscriptio lapidis sepulcralis: et forsan aliquanto rectius, si scivissent distinguere inter duos Reginbertos, unum seculi X. hominem, beatum haeremitam, Sanctumq Virum, qui primus in cella à se Deo et S. Blasio

novites

novitei constructa habitare cœperat,+ quiq jam año 964 (at verius 62) obierat; et alterũ seculi XI. Nobilem Virum de Seldenburon ex Burgundia transjuranæ pago Zurichgove;* qui nos egregijs latifundijs in eodem pago sitis, quæq divina conservante gratia hodie-dum tenemus, insigniter dotavit. His vero dictis robur non modicum additur ab extraneis quibusdam Chronographis, qui coævi, vel certe ævo proximi sunt; qui dein chartis domesticis atq scriptoribus suffulti clarius explicantur.

Duo sunt exteri, qui de mortis Reginberti epocha scribunt, quos citat Clar. Mabillonius Sæc. V. Act. Ord. S. Bened. p. 315. et Añal. Bened. T. III p. 566. primus eorum est Reginonis continuator, quem Gerbertus Rev.mus nunc Abbas noster Hermañũm Contractum fuisse ex Codice Murensi insinuat in Itiner. p. 57. hic ad annũ 962.* scribit: Reginbertus Dei servus obijt, missis etiam pro eo litteris (ad Ottonem scilicet Imp. adhuc in Italia degentem) reditum ipsius in palatio operiri jubetur. Quis fuerit ille Reginbertus? alter à Mabillonio citatus Chronographus Saxonicus, ut in Añalibus, vel compilator Chronici Magdeburgensis MS. ut in Actis eum vocat, declarat his verbis: Anno CMLXII. Reginbertus Dei servus obijt, Iste construxit abbatiam S. Blasij in Suevia. Quæ sane dicta verius cum Diplomate Ottoniano concordant: hunc enĩ Reginbertum Servum Dei in vita nuncupatum, atq ante concessum Diploma defunctum, Imperator beatum, Sanctumq Virum nominat, qui primus ibi habitare cœperat, quæ ultima verba inferius inde accuratius explanabimus; dum interim alia adhuc proferre vacat, quæ ad tenorem præfati Diplomatis rite intelligendũ plus ultra conferre possunt.

Cito nunc Codicem cum gemitu, ipsa nãq die Añiversaria, qua pretiosissimum Bibliothecæ nostræ cimelion illud, quater abhinc annis die 23. Julij año 1768. cum universo Monasterio fatalibus flamis consumtum nobisq eheu! ereptum est. Codex erat membranaceus in forma, ut ajunt, regali, spissus palma majori, Scriptores ex omni scientiarũ genere præstantissimos, pluresq ineditos continens; seculi XII manum præferebat, licet non una semper fuerit, atq sub initium ejusdem seculi aliqua fuisse conscripta, Syllabus quidam Pontificum, qui in Paschali II. añ. 1118. mortuo, desinit, comonstrat.

Ad Codicis finem subnexum erat Kalendariũ quoddam ejusdem scripturæ, junioribus dein usq in seculum XVI. continuatum: hoc Kalendarium circa res Blasianas aliqua seculi XI. facta annotavit: ad annũ enĩ 1013. pag. aversa 415. sequentia habuit; Hoc anno incœpta est ædificari cella S. Blasij à Regin-

-berto

+ Otto huic concessit loca circumjacentia Cellam S. Blasij cum terminatione eorum proxima, alter bona ab eadem Cella prolixiori terris distantia; Ille terminos in Alpegovia constituit, hic in Zurichgovia sitos attulit.

* Ex edit. Pistorij Script. Germ. T. I.

Reginberto eremita: dein ad annum 1024.
Obijt Heinricus II. successit ~~Heinricus~~ Conradus
Salicus; atq sine intermedio ad an. 1025. Hoc
anno cella S. Blasij Basileensij Episcopo traditur.
Age nunc lector! mecumq iterum in mentem
revoca contenta Diplomatis Ottoniani, sig
sine duobus Reginbertis combinari possint?
attende. Charta ano 983. beatum, sanctumq nominat;
Codex ano 1013. viginti nempe post annis
de hac laude nihil; illa Cellam a Reginberto
constructam noviter dicit: hic ab eo cogno-
-mine seculo primum initiante XI. ædificari
inceptum asserit: an vero unus idemq
quod noviter construxit, post 20. et quod
excurrit anos iterum ædificare incoepe-
-rit? illa habet, quod Reginbertus, qui cellam
ante an. 983. noviter construxit, primus ibi
habitare coeperit; ergo non iste, qui aº 1013.
Cellam ædificare incoepit.
Verum transeamus ad alteram Codicis notam,
qua explicata manifestius apparebit Regin-
-bertum seculi XI hominem et monachum
alium esse ab eo, qui seculo X. in Ottonis II
chartaᵗ, quo subinde assumpto eadem Charta
ad sensum genuinum reduci, et declarari
valeat. Nota Codicis prodit, quod Cella
S. Blasij ano 1025. Basileensi Episcopo
tradita fuerit: conveniunt facto huic Chartæ
nostræ domesticæ tam originariæ, quam
apographæ, atq inter posteriores quidem
ipsum traditionis instrumentum a Conrado
Salico datum Ulmæ II. Idus Maij. Indict. VIII.
anno MXXV. Conradi regnantis II. Impij I.
id quod vero Diploma, si genuine ab Origi-
-nali transsumtum est, multis erroribus Chro-
-nologicis scatet, ita ut creperæ ac sublestæ fidei
censeri possit: incipit etenim: In nomine....
Chonradus divina favente clementia roma-
-norum imperator aug.: quis autem histori-
-corum nescit Conradum Salicum ano 1025.
nondum fuisse, sed aº 1027. unde nec Gisela
Imperatrix, neq Heinricus filius Rex esse
potuit, quod tamen in contextu habet Diploma.
Subscriptio ejusdem valoris est, atq omnino
dissimilis chartis alijs, quæ a Conrado eodem
ano sunt datæ*. Tametsi vero apographum
istud Chronologia suspectum reddat, histo-
-rica tamen in eo contenta verissima sunt,
utpote post anos 100. diu multumq coram
Imperatoribus et regni proceribus exagi-
-tata, ac tandem non nisi 4. locorum cessione
finita*. Continet vero Conradi Diploma
subsequentia: qualiter quidam fidelis noster
Reginbertus bonæ memoriæ laicus, in foresto,
quod dicitur Schwarzwald, secus flumen quod
vocatur Alba, locum solitarium deo ibi servien-
-dum elegit, atq inibi cellulam in honore beati
Blasij mar. construxit. sed.... qua de causa
necessitate

ᵗ apparet.

* V. Herrg. Geneal. Dipl. T. II. p. 106.
Christ. Hartm. Cod. Lauresh.

* V. Dipl. Henrici V. p. 139. Lotharij p. 149.
Conradi III. p. 159. et p. 165. apud Herrgottum
T. II. loc. cit.

necessitate compulsus ad nos se contulit, et causa, propter quam venerat, ordine exposita, nostræ imperialis defensionis auxiliũ postulavit. Quæ Conradini Diplomatis verba, si diligenter cum illis jam sæpè dictis Chartæ Ottonianæ conferas, longe aliũ profecto Reginbertum sub Conrado viventem declarabis ab eo, qui sub Ottone II. scribitur Beatus Sanctusq Vir, qui primus ibi habitare cœperat.

Quibus tandem de causis post centum à dato Conradi Diplomate annos elapsos grandis illa controversia Episcopum inter Basileensẽ Bertolfum, et Rustenum S. Blasij Abbatem exarsit, atq coram Imperatore Heinrico Quarto, Rege autem Quinto, año 1125. in pleno Principum, procerumq consessu Argentinæ multiplicis consilij examinatione ventilata, tandẽ antiquioris et veracioris privilegij, Ottoniani nempe, quod revera antiquius Conradino, atq etiam, ut advertimus ante, veracius erat, corroboratione, ac Principum subtilissima diligentia cognita et approbata veritate, ecclesiæ S. Blasij libertas loci à Primo Ottone Imperatore tradita . . . . libera quoq electio Advocati noviter aperta et adjudicata fuit.

Dubium verò adhuc inter nostrates est, quale privilegium Ottonianum in Comitijs illis Argentinensibus Imperatori et Principibus exhibuerit Rustenus Abbas? an reapse aliquod à Primo Ottone datum, ut disertè in diplomate scribitur, contra, quod Clar. Schoepflinus* putat, Primo contractè scriptum, pmo, piissimo debere legi; perserutanti enim chartam eadem contractura sæpius, imo et in alijs diplomatibus ejusdẽ ac prioris posteriorisq sæculi, apparebit, pmus, pris, pmum etc. non piissimus, pius, piissimum etc. sed primus, prius, primum legi oportere; an, inquam, Ottonis I. quoddam productum fuerit? an autẽ Ottonis II. Diploma, quod adhuc in scrinijs San-Blasianis, at in notis Chronologicis rasum atq alteratum? deprehenditur enĩ absq supercilio rasura in annis Incarnat: DCCCLX . . . III. ubi numeri duo XX deleti; in annis regni XXV . . . ubi nigricante colore II. superadditi, cum omnis reliqua Chartæ scriptura rubedine pallescat etc.

Ottonis I. Diploma año 963. emanatũ veterrima est sententia omnium scriptorum nostrorum atq etiam exterorum* id quod foro Imperatori Heinrico exhibitũ injuria temporum posthac interierit, atq hoc negandum non esse Schoepflinus l. supra c. commonuit: nec negandum, inquiens, receptaȝ apud Blasianos invaluisse sententiã, Monasterium illud ab Ottone I. Diplomate ornatum, quod autem perierit.

V. Herrg. cit. loco p. 139.

* in Histor. Badensi T. I. C. IV. Conradus. ab año 1125. usq 1152. §. II. nota g.

* Cod. Murensis et Engelberg. sec. XII. etc.

161

Verumtamen idem Cl. Auctor, extans adhuc, sed, quod diximus in numeris Chronologicis cancellatum Ottonis II. Diploma, genuinum et authenticum, primumque omniumque Blasianorum privilegiorum, et antiquissimum pronuntiat.* unde inferre quis posset, Schorpfinum aliud praeter hoc, quod primum nominat, non aliud agnoscere, sed fors inter extantia Diplomata vocavit primum, id quod sane verissimum est.

Eruditissimus P. Herrgottus noster in Gen: Dipl. A. G. H.* opinionem suam prodit, quod ipsissimum Diploma Ottonis II. à Rusteno Abbate a.o 1125. exhibitum sit Caesari, atque ab eo et universo Principum consessu male fuerit lectum intellectumque; ita, ut cum viderent subscriptum, Signum Ottonis Magni etc. putaverint primum esse Ottonem, atque hinc pro inscitia seculi XII. facile error irrepserit in Henrici diploma ut scriberetur à Primo Ottone. At tanti Viri venia quaeso! Si stante dubio, an hoc Diploma, an vero alterum quoddam ab Ottone I. editum et posterioris temporibus deperditum coram Imperatore primorumque regni numeroso consessu productum fuerit? qua ratione se dubio exsolvet? nonne ad tenorem Chartae, ad coaevorum Scriptorum judicium provocabit? Sed Scriptores coaevi seculi nempe XII, de rebus Monasterij nostri optime informati cum ipso Diplomate concordant: habentenim* ad annum 963.

Hoc anno datum est edictum Ottonis a.o regni XXVII. Imp. autem I. Indict. VI. actum Veronae, non. Junij. et ad an. 143. Iste est annus CLXX, ex quo datum est edictum Ottonis magni Imperatoris: fors dices, Scriptores coaevi simul ac Imperator errarunt: quodsi vero sic agere licet, qualis tandem in discernendis rebus nobis ignotis erit fides Diplomatibus, qualis auctoribus Synchronis? Deinde si Ottonis II. Chartam Henrico Caesari ostensam fuisse adhuc affirmes, edic rogo, num illa à nostris in notis suis Chronologicis vitiata jam fuit, num adhuc sana et integra? prius illud optimis cordatis viris Rusteno Abbati caeterisque antecessoribus nostris crimen falsi non imposueris, arbitror, quod sine causa, sine commodo, verum gravi se exponentes periculo agnoscendae falsitatis perpetrassent; causa certe commodumque nullum subesse potuit; nam in comitijs illis Argentinensibus inquirebant Principes judices antiquitatem et veracitatem diplomatum Blasiani simul atque Basileensis: Ottonianum autem Blasianum sive primi sive secundi Ottonis per se antiquius erat utpote seculo X. datum, quam Conradinum illud Basileense seculo XI. effectum: veritatem Diplomatis utriusque dum indagarent judices, si corruptum fuisset Blasianum aeque ac Basileense, veracius illud quam hoc, judicare non valuissent.

* loc. supra cit.

* T. II. p. 141. in notis subscriptis et T. I. in Prol. I. n. XVIII

* Codex Murensis à Gerberto Abb. nro in Itiner. editus p. 59. Cod. Engelberg. à P. Stanislao nro visus et exscriptus T. I. Anal. S. Blas. p. 84.

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

non valuissent: imò, si inscitia sec. XII.
tanta fuit, ut Ottonem I. à secundo di-
-stinguere nescierint; cur Proceres illi
subtilissima sua inquisitionis diligentia
Conradinum Diploma judiciali veritate,
et chronicorum vetustate, et gestis Conradi
refutare, alterumq, San-Blasianum nempe
Ottonis non Primi, sed secundi, non genuinum
sed in notis alteratum sciverint? Conradi
gesta anno 1025. ab Ottonis anno 983.
adeo sejuncta non sunt, ut optimates digni
illa scire, hæc verò ignorare potuerint.*
Unde verius amabis dicere: quod Blasiani
genuinum non alteratum Ottonis II. diplo-
-ma Principum cœtui exposuerint; sed
neq hoc subsistit, quia non vitiatum Diplo-
-ma annos Incarn: 983 etc. præsentasset,
qui Ottonis I. vitæ non convenissent: scri-
-bunt verò præfati coævi auctores anno
963. Quapropter, ut opinor, concluden-
-dum tandem, Argentinensium Comitiorum
assessoribus Ottonis I. quoddam privile-
-gium à Blasianis fuisse exhibitum,
quod ævo dein posteriori interierit.
Opponunt aliqui verba scriptorum supra
dictorum, quæ addunt: actum Veronæ,
nonis Junij, quæ coincidunt cum illis,
quæ Ottonis II. Diploma habet; neq etiam
Otto I. anno 963. Veronæ conversatus legitur:
Legitur attamen, respondeo, conversatus eo
anno, et usq ad annum 965. in Italia;* sed
et legitur eodem anno conversatus Papiæ
in Lombardia, ubi Diploma expediri fecit
in favorem Laureshaimensis Monrij 26. Jan.
963.* ergo et eodem anno Veronæ in mense
Junio esse potuit, aut, quod hodie ignotum,
cras fieri notum non queat!
Objiciunt demum apographum Ottonis II.
chartæ exemplum in archivo nostro adser-
-vatum, quod seculo XII. scriptum putant,
quodq accuratè cum authographo conve-
-niat; indeq inferunt: ergo seculo XII. Otto-
-nis Charta jam fuit vitiata. Nego autem
manu seculi XII. fuisse exaratum, sed manu
recentioris ævi ad formam scripturæ ejus
seculi effigiatum, quod diligenter inspicien-
-ti patebit. Quamobrem aperienda
tandem erit opinio nostra, quo igitur tem-
-pore alteratum et vitiatum fuerit Diplo-
-ma nostrum Ottonis II.?
Integrum ac genuinum extitisse sec. XII.
hucusq Lectori persuadere conati sumus,
atq tale permansisse seculum adusq XIV.
arbitramur, quo adolescente sub Udalrico
Abbate flammis consumptum Monrium, etiam
Ottonis I. privilegium simul perdiderit;
deficiente hoc instrumento, dum monachi præ-
-decessores nostri sub Abbatibus Petro I. Hen-
-rico IV. Joanne I. Chartas è cinere collectas
reparare, ac

* Vide P. Stanislai W. Proleg. III. p. 77. Epist. Arnoldi. Ep. Spirensis.

* Vide Iselini Lexicon voce Otto I. et citatos ibi auctores.

* Codex Laureshaim. T. I. p. 124.

162

reparare ac instaurare cupientes, id tandem efficerunt, ut quod vorax flamma non consumpsit, sedulo conferrent, atque ut potuere, tam ex penu chartarum superstite, quam ex sibi relicta traditione varia Syntagmata conscriberent, quae vel ideo nobis jam obscura sunt, et modernos Criticos confusione vexant, quod illi ex defectu chartarum clare et ordine suo producere non valuerunt.

III, p. 77. Scripserunt autem praecipui hoc seculo XIV. sub dictis Abbatibus Otto monachus sub Petro I. mortuo an. 1348. chronicon Ottonis ad manus habuit Casparus I. Abbas noster,* quod nunc desideratur, in scriniis Stuttgardianis, ut volunt aliqui, repositum, ex hoc produxit Casparus sequentia: anno 948. initiatus est locus Monasterii S. Blasii. Anno 963. edictum Ottonis Imperatoris super locum S. Blasii hoc anno datum est anno regni sui XXVII. Anno 1039 dedicatur est Monasterium S. Blasii, quod nunc vetus nominatur. Anno 1068. obiit Wernherus II. Abbas S. Blasii. Hunc scriptorem inter nos sequutus est Joannes de Ochsenhusen* sacerdos et monachus in rotulo membranaceo ex alia charta, quam incendium non ex toto sanam reliquerat collegit nomina Abbatum San-Blas. incipiens a Reginberto absque additis annis Incarnationis: IIII. Kl. Januarii obiit Domnus Reginbertus fundator loci istius. Anno Domini MXXXVI. dedicatum est vetus Monasterium sub Beringero patre. Domnus Beringerus primus Abbas loci istius, postquam per multos annos locum istum strenue ac laudabiliter rexit, de incolatu istius mundi transiit IV. Kl. Aprilis: annus non est notatus. Scripsit Joannes praefatus sub Henrico Abbate, qui defunctus est anno 1391. fortassis et hic Joannes est, qui sub eodem Abbate compilavit Codicem Chartarum membranaceum in Archivo nostro etiamnum exstantem.*

Tertius tandem scriptor hujus seculi Blasianus fuit sub Joanne I. Abbate, Anonymus quidam historiam San-Blasianam ab ovo repetere gestiens, quam tamen instrumentis solidis destitutus, atque Chronographorum ambiguitate deceptus adeo confusam et obscuram protulit, ut merito a nostris Auctor obscurus re et nomine diceretur: Syntagma suum, quod confecit Liber constructionis vocatur, in eo adhuc utilis, quod modernis nostris prudenter dubitandi ansam praebuerit: Hujus in opusculum exegesin quamdam conscribere et obscura dilucidare coepi, dante Deo vitam et vires suo tempore absoluturus.

Praedictus Anonymus in Lib. I. operis sui historiam suam florido stilo texere incipit, atque de quibusdam eremitis singulariter horrido in loco silvae nigrae habitantibus disserit; tum vero

* in Lib. Orig. p. 19. et 20.

* V. P. Aniscai T. I. Anal. S. Blas. p. 68.

* V. eod. loc. p. 72. 1382. VIII Id. Junii obiit Joannes Cellerarius, Sacerdos et m. S. Blasii de Ochsenhusen. Hic Sapientia et eloquentia praeditus plurimum laboravit ac vigilavit pro statu hujus Coenobii.

Tum verò enarrare pergit fortuitam Eremitarum adunationem, Superioris inter eos factam electionem, quem voci-tabant Patrem, atq tandem comunem eorũ et loci denominationem, nempe fratrum ad Albam: Prosequitur exinde statutam diei ordinationem in tres partes horarũ similes, quarum octo dabant orationi, tot manuum labori, totidemq corporis refectioni et quieti; alimentationẽ eorũ pariter explicat, operas suas viliori pre-tio vicinis venumdando, ac vitæ neces-saria comportando acquisitam.
His addit porro crescente numero fratrũ ædificationem habitationis ligneæ, parisq materiæ Oratorij. Claudit demum Anony-mus scriptionis suæ lib. I. consilio inter Fratres ad Albam inito de assumenda regula Benedictina, quam picæ volucris fabella demonstratam ab Episcopo Dioe-cesano impetraverint; tum Ecclesiæ novæ lapideæ ædificium, miraculosum in eo promovendo S. Blasij adjutorium, ac titu-lum Patris in Prioris comutatum, Berin-gerią Prioris electionem et facta tempore Ottonis Magni Imper. murata etiam Eccleæ ruinam, et Episcopi Belenensis aliorumq impensum auxilium ultimò comemorat.
Librum secundum orditur chronographus scribens: Año igitur ab Incarnatione Domini nongentesimo tricesimo sexto bavari cum multis alijs Imperatori Ottoni rebellabant: Tunc Reginbertus strenuus miles natus ex nobili progenie* de provincia dicta Zürich-gew etc. quem Reginbertum sequentibus describit virum pium, Imperatori charũ atq familiarem, qui quodam tempore, cum hostes romanum regnum devastarent, in con-flictu manum amiserit, atq tum ad S. Blasiũ habitum ordinis à Beringero Priore susce-perit donans fratribus omnia sua.
Post hæc electionem Beringeri in Abbatẽ enarrat, cui adjecit chronologiam sequen-tem: acta sunt autem hæc temporibus Agapeti Papæ, S. Udalrico præsidente Ecclesiæ Augustensi, S. verò Conrado epo præsidente Ecclesiæ Constantiensi, qui etiã eumdem Beringerum in Abbatem benedi-xit et confirmavit: annum autem Agapiti Papæ II. qui præfuit ab anno 946 usq 956 non notavit. Exin ad Reginbertum re-vertitur, dicitq ab eo ex bonis suis ædifica-tum fuisse vetus Monasterium et Xenodochiũ. his peractis iter Reginberti ad Imperatorẽ explicat, et Diploma ab hoc acceptum, tribuens Coenobio nostro spatia seu possessiones terra-rũ per terminos definitos adducit, cujus notas Chronologicas, ut suspicantur Critici nostrates moderni, addidisse videtur, quæ tamen à manu sciola deletæ; post verba enĩ

* manus recentior addidit: è Seldenbueren

Sigillo suæ

163

Sigillo suæ Imperialis Majestatis: quatuor
lineæ sunt penitus erasæ. Dehinc reducit
ab Imperatore Reginbertum, et hujus
secundum ad eumdem accessum comemorat
Anonymus, finitamq tandem structuram
Monasterij, quod año 1036. a Gamenoldo
Epõ Constantiensi dedicatum affirmat XVII.
Kal. Octob. Subijcit his narratis ædificatio-
-nem claustri ordinati, et infirmariæ, atq
peractis illis mortem Reginberti IV. Kal. Jan.
absq notatione anni, quam tamen apposuit
statim infra, cum obitum Beringeri Abbatis
refert año Domini 1045. IV. Kal. aprilis.
Beringeri successorem constituit Uzonem
quemdam, diabolicum opere, ut ait, fors
intrusum, sed à fratribus dejectum, cui dein
substitutus fuerit Wernherus, de quo hæc sin-
-gularia habet: excoluit etiam novalia quædam
monasterij accomoda, et à rege tertio ejusdem
nominis Ottone supper marcham monasterij
chyrographum acquirebat. Hujus temporis
initiatus est Locus Rinaugiæ, à quo etiam
sumpsere privilegia sua ut docet calculatio
sive descriptio Cronicarum: obitum Wern-
-heri signat ad annum 1068. IV. Kal. Oct.
sed dubitanter, ait etenim; certus autem
numerus dierum regiminis ejus añotatus
non est; invenitur tamen in quadam Cronica,
quod viginti tribus annis rexerit. Cætera
sequentia omnia plana sunt.

Ex prælibatis, me etiam non monente, fa-
cile advertet lector, quanta scriptorum
nostrorum domesticorum in assignandis
factorum epochis,* quanta rerum persona-
-rumq confusio, quantaq præcipuarum Ori-
-ginum ignorantia fuerit. seculi XII. scrip-
tores de Reginberto nihil, nihil de Beringero;
haud dubie, quod horum vita et mors obscu-
ra fuerit atq incerta: inde est quod seculi XIV
Auctores certi quoq nihil afferre potuerint de
morte Reginberti ac Beringeri: Otto monachus
ambos silet, Joannes de Ochsenhausen diem emor-
-tualem duntaxat añotavit, reticendo annum, Re-
ginberti, Beringeri vero vitam ad añum 1036.
ponendo, cujus tandem obitum Anonymus
noster año 1045 contigisse pronuntiat,
Reginberti morte in dubio relicta. Invene-
rant enim Reginbertum in Ottonis Diplo-
mate, jam seculo IX cellam Deo et S. Blasio
construxisse; sciebant pariter à Reginber-
to cognomine vetus monasterium fuisse
constructum seculo X atq dedicatum año
1036. nec incidebant duo Reginberti, unus
sub Ottone, qui primus ibi habitare coeperat,
alter sub Henrico II et Conrado Salico, bonæ
memoriæ laicus adhucdum año 1025. vivus;
mortemq hujus certam año seculi affigere
nesciebant; qua demum ignorantia factum
ut duos Reginbertos in unum conflaret
anonymus, quem cæteri† Quarto Kl. Januarij
obiisse dixerunt.

* discrepantia

† atq ex ijs ipse año retento

obiisse dixerunt. Hæc ignorantia tum ex silentio priorum scriptorum, cum verò ex sublatis incendio alijs subsidijs orta non nisi turbidum atq extraditione monachili, quæ eo ævo quodvis somnium verum habere solebat, nonnisi confusum historiæ Blasianæ systema parere potuit. Incredibilis poene inscitia à seculo XII. usq XVIII (nisi fuerit affectata) qua tandem hoc tempore per externam conquisita et feliciter inventa subsidia liberati, et originibus nostris San-Blasianis propius admoti sumus.

Declarandum igitur ex præmissis tandem idq per syncopen assumimus, qualis opinio nostra de ortu et progressu Mrij San-Blasiani sit. Ponimus ergo

Seculum I. Christi IX.

Quo seculo antiquius quidpiam de Originibus San-Blasianis, quod chartis ac instrumentis indubijs fundetur, statuere non possumus. Chronicon enim Monrij S. Blasij quod Ermenfridus ex Abbate Augiensi Constantiensis epus seculo jam VIII. scripsisse fertur*, vel suppositium ex nomine est, vel ab Ermenfrido multum juniore conscriptum: namq si stetisset seculo VIII. montium nostrum, non S. Blasij nomine sed Cellæ albæ venisset.

Seculo autem IX. quod Chartas nobis et Diplomata exhibet, certissimum est, Cellam Albam in Alpegove floruisse, eamdemq per Sigemarum Nobilem virum ejus Cellæ Dominum seculo hoc fere medio Rhenaugiæ per Wolvenum restauratæ ad stabiliendum servitium S. Mariæ traditam et incorporatam fuisse*. Quanto verò tempore jam ante hanc traditionem Cella Alba steterit, qualeq ejus et quando initium fuerit, quis divinare poterit deficientibus undiq solidis argumentis? Explosæ sunt enim dudum illæ noniæ, quibus Casparniani nostri inhiabant, dum principium Cellæ albæ ad tempus martyrij SS. Felicis et Regulæ producunt; nec ipse ego conjecturis, quas años ante 25. formaveram de S. Columbani ætate ultra insisto: sed neq opinionibus eruditissimorum Virorum P. Marquardi Herrgott, et Stanislai Wülberz Consodalium meorum adhærere valeo*, qui ad finem seculi VIII origines San-Blasianas statuunt, sed erroneo, quod adverti fundamento ex vita S. Fintani ~~vita~~ apud Goldastum* edita desumpto: putabant enim epocham illam certam et genuinam esse, qua S. Fintani adventum in Rhinaugia ad añum 800. posuit Goldastus, quæ tamen nunc temporis etiam inter Rhenaugienses ipsos falsa fuit declarata, atq S. Fintani adventus ad annum 840. monachismi verò sui

* Jac. Mantius apud Pistorium.

* V. Recensionis chartam in Charth: Rhinaug: N. 5. Dipl. Ludovici Germ. ad an. 858. P. Muos in Adv. Tutel. p. 79.

* in Elog. Abbatum MS. in Beringero Nota b. in Epit. rer. Blas. MS. Prol. I. nro XXVI.

* T. I. Script. rerum Alem. p. 320

164

monachismi vero sui principium a°. 851. ponunt*. Errorem Goldasti sequentes ambo Confratres nostri certam putarunt epocham Originum nostrarum ad finem seculi VIII. statuendam, quam quidem ut dubiam, sed non ut certam assumere licet. Quodsi enim ex eo, quia vivente S. Fintano (mortuus juxta erroneum Goldasti suppositum anno 827.) reliquiæ S. Blasii in cellam Albam sint translatæ, inferre velis, eamdem Cellam jam anno 799. stetisse; in aliud duplex absurdum incides asserendo, quod jam sub + Ludovico Pio Cella Alba Rhinaugiæ unita ~~fuerit~~ quodque reliquiæ S. Blasii sub iisdem Imperatoribus Roma Rhinaugiam fuerint illatæ, quod utrumque contra omnem fidem instrumentorum est.

Indubitatum itaque manet ante restaurationem Monrii Rhinaugiæ per Wolvenum factam neque Cellam Albam eidem Mnrio fuisse traditam, neque adventum S. Fintani contigisse neque reliquias S. Blasii eo translatas. Singula namque hæc circa medium fere sec. IX accidisse chartis probatur. Illud ergo unicum pro certo habendum, quod Cella Alba ante medium sec. IX in vigore suo steterit, qua vero ætate antehac, qua causa, quo modo initium suum sumpserit, nobis incertum, nisi conjecturæ locum tribuere velis, qualem ego verosimiliorem non scio, et ultra probationem documentorum egentiae, quam quod expulsi è Trutpertino monrio monachi, quæ desolatio atque expulsio eodem ferme tempore, quo illa Rhinaugiæ, fortasse contigerit, anno nempe 830. dum Ludovici Pii filii in Patrem rebelles omnem poenè Alemaniam devastarent, in interiora silvæ nigræ, Trutpertino cœnobio contigua se abdiderint, atque a Sigimaro loci ad Albam fluvium siti domino in eumdem locum suscepti, postea vero Rhinaugiæ restaurata monacum loci fundo, Cella nimirum Alba, unione facta traditi fuerint: Gabriel Bucelinus* subobscurè quidpiam innuit, dum ait: quibus (S. Trutperti ascetis) regula Sanblasianis comunicata videtur: Si fontem, ex quo hæc hausit Auctor, nominasset, fors certi quidpiam eruere liceret.

His præfationis loco notatis mentem nunc nostram chartis et Diplomatis instructam chronologicè declarabimus.

Circa annum 830

---

* V. P. Mauritii van der meer Schot. in vita S. Fintani MS. Observ. meas Critic. in hist. Rhin. MS. T. I. Millen: Rhin.

\+ Carolo M. vel

* V. Acta S. Trutperti apud Herrgottum Geneal. Dipl. T. I. p. 297. et Diploma Ludovici Germ. apud P. Muos l. c. p. 18.

* in Chronol: Constant. ad an. 801.

Systema Chronol.

Año 830. incirca origo Cellæ Albæ ex
eremitis vel monachis Teutpertinis.
Año 842. post pacem Virdunensem
restauratio Monasterij Rhinaugiæ
per Wolvenum.
Año 844. Traditio Cellæ Albæ ad mo
nasterium Rhinaugiæ facta per
Sigemarum.
Anum inter 845. et 850. Gozbertus
Comes Alpegoviæ monachum induit
Rhenaugiæ, quem in pari sequitur
Año 851. S. Fintanus.
Año 852. Gozbertus Comes, jam mona-
-chus a Wolveno et fratribus Abbas
electus à Rege Ludovico confirmatur.
Año 853 vel 854. Gozberti Abbatis mors
et Antwarti electio.
Año 855. Traditio bonorum Wolveni in
mundiburdium Regis, et reliquiarum
S. Blasij Roma Rhinaugiam illatio.
Año 856. S. Fintani reclusio.
Año 858. Abbatis Antwarti mors, Wol-
-veni restauratoris in Abbatem electio,
et Regis Ludovici omnium bonorum
Rhinaugiæ donatorum confirmatio.
Añum inter 860 et 878. Translatio Re-
-liquiarum S. Blasij in Cellam Albam
quæ[†] eodem incirca tempore in Præpo-
-situram Rhenoviensem est comutata; atq
à Wolveno Abbate per Præpositos illuc
demandatos ordinata.

† quæ exinde nomen Cellæ S. Blasij adept

Año 878. S. Fintani simul et Wolveni
Ab: obitus, cui successit Wichramus Ab:
Año 885. Confraternitas à Rhinaugi-
-anis cum S. Gallensibus inita.
Año 888. Wichramo demortuo Gozbertus II.
Cleggoviæ Comes in Abbatem substitutus
cujus obitus incertus, sicut Ruperti electio
dubia, qui tamen certo præfuit año 912.
Año 925. vel 26. Moñrij Rinaugiensis
variorumq in Alemañia Cænobiorum
per Hungaros destructio, et monachorū
desolatio, qui Rhinaugia pessumdata,
asylum suum in præpositura Cella S. Bla-
-sij montibus circumsepta quærebant.
Año eodem Hungarorum clades apud
Sekingam*, quam ijs intulit Irmingerus
Frickgoviensis nobilis, atq fugam in
Alsatiam arripere coëgit, unde salvam
mansisse credimus Cellam S: Blasij, in qua
utpote loco sibi proprio è Rhenaugia pulsi
monachi fors cum Abbate suo delitescebant
usq ad plenam Hungarorum internecionem
ipsis à Ottone I. anno 955. illatam.

* Eckehardus Jun. apud Gold. Scr. rer. Al
T. I. c. V. p. 68. quod caput legi meretur, pp
Hungarorum mores et monachorū dispersion

Anno 948 incirca initiatum dicimus locū
Moñrij S. Blasij, cum sævientibus adhuc Hun-
-garis in Orientali Francia, defuncto prius Abba-
-te Ruperto, monachi Rhinaugienses in Cella S. Blasij
adhucdum

D
367

…lucdum existentes alium sibi præficerent,
…r quidem Abbatis, sed vel Patris, vel Præpositi
…lo, qui eos gubernaret, quem nos Reginbertum
…n pietate ac vitæ sanctimonia celebrem voca-
…s.
…no 955. deletis et ex universa Germania pro-
…atis Hungaris, agente S. Conrado epo Constan-
…si, qui interim curam destructæ ac desolatæ
…naugiæ susceperat, suadenteq S. Udalrico Au-
…tano epo, qui circa hæc tempora S. Conradio
…natum suum in vicinia nostra convene-
…t,* monachi Rhinaugienses destructum
…elictumq locum suum pedetentim repe-
…e atq instaurare cœperunt, ita, ut Cella
…Blasij, quæ hactenus asylus eorum fuerat,
…luribus derelinqueretur, remanentibus
…en quibusdam loco, licet horrido aspectis,
…rum ope dein et auxilio Reginbertus cellam
…riter construere cœpit, hac autem confecta,
…Cellæ suæ prospiceret, libertatemq eidem
…eraret, Imperatorem Ottonem I. adire
…tuit; id quod, cum
…o 961. vel 962. exequi pararet, agente
…huc in Italia Ottone, cujus ille reditus
… palatio operiri jubebatur, ano 962.
…rtem oppetiit: quo defuncto
…no dein 963. datum est Diploma Otto-
…is I. quo libertatem S. Blasij loco per
…minos definitos concessit, atq Otto II.
…ostea primi filius eidem beato et sancto
…ro
…no 983. confirmavit: Seculo demum
…eunte undecimo Reginbertus alter qui-
…m ex milite monachus S. Blasij locum
…nc bonis suis in Zurichgove ad vicum
…ldenburon sitis ditavit, atq sub annum
…13 Ecclesiam ædificare cœpit, quæ tum
…o 1036. dedicata fuit.

* Millen: Rhenaug. T. II. p. 8.

Eodem anno in præsentia S. Conradi Ep.
adhuc Administratoris Rhenaugiæ data
est pro Wiperto monacho Rhenoviensis
cænobij in Beulichova cum consensu
fratrum, qui Wipertus postea ano 973.
cedente administrationem S. Conrado
et largiente Ottone I. noviter liberam eligen-
di abbatem facultatem, renuntiatus est
Abbas, quem in hac dignitate secuti sunt
Adelbertus, atq Notkerus, qui demum
ab Ottone III. bona hactenus usurpata
obtinuit, atq sic Rhenaugiam redintegra-
vit

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg